MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80362-8

AUTHOR:

HINOJOSA Y NAVEROS, EDUARDO DE

TITLE:

DOCUMENTOS PARA LA HISTORIA DE LAS ...

PLACE:

MADRID

DATE:

1919

Master Negative #

91-80362-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


Hinojosa [y Naveros], Eduardo de, 1852-1919.
...Documentos para la historia de las instituciones de León y de Castilla (siglos X-XIII), colecionados por Eduardo de Hinojosa. Madrid, 1919.
217 p. 26½ cm.

At head of title: Junta para ampliación de estudios e investigaciones cientificas. Centro de estudios históricos.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 13X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 12/10/91 INITIALS MED
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM


Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

JUNTA PARA AMPLIACIÓN DE ESTUDIOS E INVESTIGACIONES CIENTÍFICAS
CENTRO DE ESTUDIOS HISTÓRICOS

DOCUMENTOS PARA LA HISTORIA DE LAS INSTITUCIONES DE LEÓN Y DE CASTILLA

(SIGLOS X-XIII)

COLECCIONADOS POR

EDUARDO DE HINOJOSA

MADRID
1919

DOCUMENTOS PARA LA HISTORIA DE LAS INSTITUCIONES

JUNTA PARA AMPLIACIÓN DE ESTUDIOS E INVESTIGACIONES CIENTÍFICAS
CENTRO DE ESTUDIOS HISTÓRICOS

DOCUMENTOS PARA LA HISTORIA DE LAS INSTITUCIONES DE LEÓN Y DE CASTILLA

(SIGLOS X-XIII)

COLECCIONADOS POR

EDUARDO DE HINOJOSA

MADRID
1919

Establecimiento tipográfico de Fortanet, Libertad, 29.—Teléfono 991.

ADVERTENCIA

Don Eduardo de Hinojosa preparaba en el Centro de Estudios Históricos un libro sobre instituciones sociales en León y Castilla durante los primeros siglos de la Reconquista. La obra había de componerse de dos partes principales: una colección de los documentos más importantes referentes á aquéllas y un extenso análisis que recogiera las investigaciones de los historiadores de nuestras instituciones sociales, aumentándolas, rectificándolas y completándolas con aportaciones nuevas.

El volumen de documentos que ahora se entrega al público fué impreso en 1913; pero el Centro de Estudios Históricos creyó conveniente retenerlo para que saliera al mismo tiempo el estudio que el Sr. Hinojosa proyectaba.

Quebrantos de salud impidieron al autor realizar sus propósitos y el Centro de Estudios Históricos ha decidido poner á la venta la colección de documentos que tiene ya por sí misma un interés indudable. La integran materiales escogidos, muchos de ellos inéditos.

Dos discípulos del autor, los Sres. Vargas y Giner, transcribieron los documentos. El Sr. Longás hizo el índice alfabético y revisó las transcripciones, habiéndose insertado al final del presente volumen las correcciones más importantes señaladas por él. Las deficiencias que se observen en este libro podrán disculparse teniendo en cuenta las circunstancias en que ha sido compuesto.

DOCUMENTOS PARA LA HISTORIA
DE LAS INSTITUCIONES

I

Ordoño II dona al Obispado de Mondoñedo la iglesia de San Juan, varias heredades y familias y cuarenta hombres tributarios, cuyas prestaciones y servicios se determinan, en el valle de Fornes:

914, Diciembre 1.

España Sagrada, tomo XVIII, Madrid, 1764, ap. VI, págs. 315-316.

Sub Christi nomine. Ordonius rex, existens in regno meo, una cum omni Palatio meo, considerans me mortem vicinam habere et non est mihi ulla spes nisi in misericordia Omnipotentis et miseratione Sanctorum, idcirco meditans cogitavi ut de regno in quo Deus me sublemavit proponam ad idem Deum et eius confessorem Martinum conferre aliquam littationem de hereditatibus meis; id est: Valle Fornes cum ecclesia Sancti Ioannis ab integro et familiis nostris et hereditatibus que intra ipsum vallem sunt ab integro, et quadraginta homines tributarii, qui reddant per unum diem aprum, dent per singulos annos singulos arietes et quartarios tritici, et alium servitium frequenter exolvant regalem in idem locum Sancti Martini Sede et pontifici Sabarici, qui nunc pontificatum obtinet in prefata Sede, et post excessum eius omnibus hic in vita sua perseverantibus, quatenus sit anima excepta à morte infidelitatis, ut vivens Deo, mortuo mundo, requiescat cum illis qui nuper et in temporali evo tranquillitás in regno presenti, quando discesero, à sanctorum presidio per hunc parvum munusculum collocet in celo, deinceps concedo hanc sanctis altaribus oblationem, et predicti pontifici Sabarici, quam post excessum hec munera serviatur, et servitio predicto cum grandi humilitate serviatur et fideliter exequatur absque alio iudice et saione diccioni terranei quousque terminum mundi steterit. Si quis tamen ex parte propinqua vel extranea vel episcoporum hanc conterere maluerit oblationem, queisqueis

illi fuerit sciat se excomunicatum et in inferno à demonibus demergendum, et pro damnatione hac temporale decem millia solidorum in voce ipsius Sedis pareat, et hanc meam oblationem plenam habeat roborem per cuncta secula. Factum testamentum die kalendarum decembris era DCCCCLII. Ordonius rex hanc scripturam donationis manu mea confirmo. Sub Christi nomine Genadius episcopus Dei gratia conf. Sub Christi nomine Iacobus episcopus conf. Sub Christi nomine Froarentius episcopus conf. Sub Christi nomine Fronimius episcopus conf. Sub Christi nomine Assuri Dei gratia episcopus conf. Sub Christi nomine Attila Dei gratia episcopus conf. Sub Christi nomine Ovecus Dei gratia episcopus conf. Rodericus Menendiz testis. Gundesindus Heroni testis. Lucidus Vimarani testis. Guter Menendiz. Arias Menendiz testis. Sarracinus Muniz testis. Theodoricus Lucidi testis. Lotarius Lucidi testis. Froila Odoariz testis. Froarentius presbyter notuit.

II

El abad Reterico hace donación al rey Alfonso IV de varias heredades y de los libertos que había emancipado.

930, Septiembre 17.

Cartulario del Monasterio de Sobrado (siglo XIII), tomo I, fol. 25 r. Archivo Histórico Nacional.

In Dei nomine. Ego Retericus abbas licet inmerito tibi gloriosissimo principi nostro Adefonso. Placuit mihi atque convenit nullo cogentis imperio nec suadentis articulo sed propria mihi accessit voluntas ut tibi domino meo facerem donationem, sicut et facio, de omnibus rebus meis; id est: in villas quas vocitant Presares cum ecclesiis vocabulo Sanctum Petrum et Sancta Maria, monasterio villa Natonis, qui est fundatum inter Presares et Montanos, per omnis suos terminos antiquos seu libros, ornatum vel omne ornamentum ecclesie, mulas, kavalos, equas, boves, vacas, vestitu, vineas et pumares vel omnia. Dono atque concedo tibi domino meo; et direxi ex persona mea presentem Fulgaredum presbiterum subrinum meum, qui ista carta a me rovorata ex mea persona tradat meo domino, sicut et tradidit. Ego namque peccator alumnis vester retentus sum ab egritudine gravi quod videre non valeo presentiam domini mei. Tamen profiteor me per singulos annos dum vixero per istum monachum dirigere meam offertionem sicut et feci et semper faciam; seu etiam et ipsos familiares meos quos ego iam per cartam ingenuos restauravi, ita ipsos homines domino testo atque concedo per istam cartam ut sint post partem dominicam testati vel domino deservientes. Quamobrem ipsi homines suprascripti ex meo dominio abrasi et dominico iure et dominio post obitum meum abeatis et in perpetuo vindicetis, et quicquid exinde facere vel iudicare volueritis liberam in Dei nomine habeatis potestatem. Facta scriptura donationis XV kalendas octobris, era D.CCCC.L.XVIII. Retericus abbas hanc scripturam donationis a me factam. Fulgaredus conf. Didacus presbiter conf. Gudinus diaconus. Aloitus presbiter conf. Gulfarius presbiter conf.

III

Fernando Bermúdez, con autorización del rey Ordoño III, dona á Bermudo Aboleze una heredad para que disponga libremente de ella y sirva con la misma á quien le hiciese bien en tierra de León.

951-957, Julio 6.

ESCALONA, *Historia del Real Monasterio de Sahagún*, Madrid, 1782, pág. 389.

Sub Christi Dei nomine et Dei timore. Ego Fredinando Vermudiz, una cum consilio et volumptate rex domno Ordonio, ad tibi Vermudo Aboleze in Domino Deo eternam salutem, amen. Magnus est titulus donationis in qua nemo potest hactum largitatis inrrumpere set quidquid bono animo et clara volumptate offertur libenter semper amplectit. Ideo plaguit mihi Fredinando Vermudiz, iam supra dictum est cum consilio rex domno Ordonio, ut facerem tibi kartula donationis de ipsa tua hereditate propria in quod habitas in terreduno Riangulo locum vocabulo Gargallo. Damus et confirmamus propter mandaterias et servitios bonos que nobis fecisti et promitis facere. Et facias que tua exinde voluntate extiterit, et servias cum ipsa hereditate qui tibi benefecerit in terra Legionense Et ad confirmanda kartula dedisti

mihi uno azttore, et plena abeat firmitate. Et si aliquis homo contra hunc factum nostrum ad disrrumpendum venerit, propinquis vel extraneis non abeat hereditate in regno Dei. fiat. fiat. Amen. Et sedeat extraneus ad fidem catholica. Amen. Facta kartula donationis die quod erit III.ª feria. II.° nonas iullii, era D. CCCC.ª LXXVIII.ª Regnante rex domno Hordonio confirmat. Ego Fernando Vermudiz in hanc kartula de donatione manus meas roboravi. Martino teste. Pentta teste. Valerius teste. Magnitus titulavit.

IV

Fagildo, marido de Ferriola, sierva del Monasterio de Celanova, declara: que habiéndose puesto él con su mujer y las heredades que tenía de Celanova bajo el señorío del conde Oveco, y reclamado por el Monasterio para que volviese bajo su dependencia ó renunciara á la mujer y las heredades, opta por esto último y promete que él y sus descendientes perseverarán en la obediencia de los monjes.

973

Cartulario del Monasterio de Celanova (siglo XIII), fol. 87 r. Archivo Histórico Nacional.
Muñoz, *Del estado de las personas en los reinos de Asturias y León*, 2.ª edición. Madrid, 1883, págs. 29-30.

Ego Fagildo vobis abbati domno Manillani et preposito vestro Alvito Odiniz et fratribus vestris monasterii Cellenove. Precarium placitum facio vobis pro parte quod veni ego de alio territorio et intravi in vestro mandamento et filiavi ibi mulierem de vestro testamento et hereditates bonas quas ei inveni et alias quas cum ipsas ganavimus. Et post hoc tornavi me cum ipsa muliere et cum ipsas hereditates ad comitem domno Ovecco, et devindicastis vos me de ipso in concilio, quod lexassem ego vestram mulierem et vestras hereditates aut servissem vobis cum illas. Et pro tale actione duplicavit me ego in vestro servitio, et deinceps admodum per hunc placitum vobis compromitto adimplendo, quod sedeam cum ipsa muliere nomine Ferriola in vestro servitio tam nos quam filii vel nepoti sic et hereditates quas invenimus vel postea cum Dei adiutorio ganavimus et prolungavimus vel adhuc aucmentare potuerimus, quas non extraniemus illas in alias manus, et

nec donemus neque vendamus sed serviamus fideliter cum illis ad casam et ad monasterium Cellenove, nos et omnis progenies nostra. Et si minime fecerimus et placitum istum exierimus aut nos aut aliquis de progenie nostra, que pariet per hunc placitum post partem vestram et monasterii Cellenove quingentos solidos et ipsas hereditates duplatas et post parte regis vel iudicis aliud tantum. Factum placitum era MXI. Ego Fagildo in hunc placitum manu mea roboravi. Qui presentes fuerunt. Vimara Semproniz testis. Belsario testis. Menendo testis. Loverigo testis. Todosio testis.

V

Pleito entre el obispo de Lugo, Pelayo, y el de Santiago, Pedro, sobre la propiedad de ciertos hombres habitantes en el condado de Presares.

987 (?)

Cartulario del Monasterio de Sobrado, tomo I, fols. 39 v.-40 v.
España Sagrada, tomo XIX, Madrid, 1765, págs. 375-379.

In nomine Unigeniti Filii Dei Redemptoris nostri atque miseratoris excelsi Regis Dei Patris Omnipotentis, qui per Sanctam et Veram Trinitatem unum collaudatur in celis Deum vivum et verum sine fine regnantem per infinita semper secula seculorum, amen. Omnes fideles et in Christo commilitones metuentes hoc quod desuper retaxavimus, audita agnoscite et cognita diligenter et fideliter explete, quia prout possumus veritatem retexere et studere maluimus, ut in novissimis temporibus quidquid exaratum fuerit, viderit, vel audierit in hanc seriem brevem firmum habeatur usque in finem venturam. Coniuncti sunt duo Pontifices, domnus Pelagius episcopus Lucense sedis et domnus Petrus Iriense et Apostolice sedis, et collecti pariter in loco predicto quod dicitur S. Petrum territorio Presarense discurrente rivulo Tamarense, et ad utramque partem multi fideles cum eis, et sciscitantes ad invicem negotiorum causas et questus proprios exponentes alterutrum, dicente domno Pelagio episcopo cum omni clero suo, quoniam in ipso comitatu Presarense vel Valle habebant de plebe Sancte Marie homines, qui per se fecerant rationem ad hanc Sedem in diebus pontificis patris domni Gundisalvi episcopi, et tenebant eos in

monasterio Superato, qui sub tuitione domni Petri episcopi habetur constitutum, et parentes notitias per nomina eorum in ipso prefato concilio dicentes, quia invenerant eas in scriniis vel thesaurum Sancte Marie Virginis. Ad hec Petrus episcopus ita affatus est: «Credat mihi charitas tua Domine et almifice Pontifex, quia sunt mihi a nativitate mea hodie LVII annos, et habitantem sub abbatibus Aloitum, Guncitum et Didacum ad ipsum monasterium iam dictum Superatum, et testem invoco Deum, qui non indiget teste, quia nec cum ipsis abbatibus, nec mecum, hodie XXX annos, aliquam rem de istam causam minime agnovi, nec repperi, nec scio hominem de aliam partem nisi quod rex domnus Hordonius dive memorie per testamentum concessit ad iam dictum monasterium.» Placuit hoc omni concilio, et dedit domnus Pelagius suum fidelem, Adefonsum abbatem, et de parte monasterii Superato, Adelfum abbatem, et in undisque partibus sicut, resonabant notitias Sancte Marie, ut perquisissent per ipsas villas sempectas, qui sunt homines senices et seniores sapientes, ut si scirent veritatem Sancte Marie minime celarent. Et per quindecim dies euntes et circundantes, reversi sunt XV die, dicentes, quia ullum hominem non invenimus ex senicis nec adolescentibus, qui se sciat de hunc exordium vel minima apice. Iterum vero coniuncti secunda vice, in territorio Nallare villa Gudini et ecclesie Sancti Iuliani ambo Episcopi, et ab utrosque multorum filiorum benenatorum stantium et presidentium in circuitu, requirentibus abbatibus Adefonsus et Adelfus quod invenerant de opus ad illos iniunctum. At illi profitentes se in veritate, que Deus est, quia non invenerant hominem nec viderant, qui aliquid sciret de hac sententia que domnus Pelagius et socii eius inquirebant, modo vero domnus Pelagius episcopus minime credidit, sed putans se omnes scire veritatem Sancte Marie et celarent eam. Cumque non invenissent deceptus opus unde ad perfectum ducerent, placuit omni concilio et ipsi sancto episcopo domno Pelagio ut, ab ipsis abbatibus qui ad perquirendam veritatem missi fuerant, darent inde de singulas villas duo homines, de quos in notitia resonabant, et prebuissent sacramentum sanctum, quia nesciebant nec per se ipsos, nec per parentes, nec per avios ut, ullo umquam tempore, scissent aliquam rationem facere post partem Lucensem. Quod ita factum est. Dederunt de Superato Martinus et Donadeus. De Sancto Iuliano de Colimbrianos Gunterigus et Sigeredus. De Villamauri et Roadi Sentarius et Leaberedus, De Gitari et Felgoso Recemirus et Sendinus. De Presares, Villarepla-

no et Maladelos Georcius et Alduarius et alii plures qui sese sciebant veritatem ex corde eque proferre. Istos desursum per nomina nobiliores et locupletes duodecim scripserunt conditiones sacramentorum per manum saioni Fulgentio presbiter, et iuraverunt, «per Vatum oracula, Patriarcharum ordines, Apostolorum doctores, atque divina omnia et Dei cuncta beneficia, que sunt sancta atque sacrosancto altario Iuliano et sociorum eius, ubi has conditiones manibus nostris tenuimus, cuius basilica constructa esse cernitur ripa Ferrarie territorio Nallare, quia recte scimus, iurifice sapimus, et auditum a prioribus nostris habemus, qui in valle Presarense viventes et mortui sunt hodie L annis et deinceps, quia nec ab ipsis audivimus, nec per nos scire valemus, ius habere aliquid ex familia vel plebs Sancte Marie, quod in scriniis eorum vel notitias videmus in concilio scriptas, sed ingenui post partem Regis, vectilia et tributa reddentes, usquequo per testamentum eos concessit rex domnus Ordonius ad Superato monasterii. Et in hoc iuramento nullo fraudis ingenio minime interponimus. Et si nos periuramus, et nomen Domini falsamur, comprehendant nos sacra misteria Dei, et innocente pena caldaria.» Susceperunt eorum iuramentum de parte Sancte Marie Lucense sedis Adefonsus abba et Conzertem confessum, atque per manum saionem Fulgentium presbiterum. Dederunt ibidem fideles pro ad pena, de parte domni Pelagii episcopi Adefonsus abba, et de parte monasterii Superato Trasuarius presbyter et confessus, et innocens nomine Salamirus presbiter. Et ad aptum diem coniuncti in ecclesia vocabulo Sancti Iuliani ripa Nallare, ubi Romarigus abba quiescit, ubi erant homines numero L seu et amplius, quorum nomina longum est enumerare. In quorum presentia ego innocens nomine Salamirus ad pena caldaria ingresus fui, et lapides igneos (1) de calida aqua manibus meis foras eieci, et in tertio vel in quarto die de sub sigillo fidelium illesus vel limpidus in concilio apparui, et manu mea roborem inieci. Adefonsus abbas, ubi fidelem fui de parte Lucense sedis et presuli meo domno Pelagio episcopo, ipsum innocentem ad pena caldaria per manus meas ingressus est, et lapides igneos inde eiecit, et in tertio vel in quarto die de sub sigillo meo in concilio fidelium non est combustum ab igne, sed illesus coram omnibus stetit, manu mea restitutum et indemnis apparuit. Trasuarius presbyter et confessus, ubi fidelem fui de parte mo-

(1) *Esp. Sagr.*: lapides x igneos.

nasterii Superato, ipsum innocentem ad pena caldaria ingredientem vidi, et in tertio vel quarto die de sub sigillo meo in concilio fidelium ad Sanctum Iulianum ubi dicunt ad dominum Rademire ripa Ferrarie, restitutum et indemnis apparuit manu mea. Fulgentius presbyter et peccator, unde sagionem, qui et ipsum innocentem ad pena caldaria manibus meis ingredientem feci, et ad tertio vel quarto die in concilio ad Sancto Iuliano de sub sigillo fidelium limpidum presentavi manu mea. Sub Christi nomine Pelagius Dei gratia episcopus vera disserens atque discernens et diiudicans de me dato iudicio, hanc agnitionem veram esse profiteor, et propriis digitis roborem signavi. Domini mei misericordia fultus Petrus peccator episcopus in hanc seriem agnitionis et confirmationis, sicut veritatem agnovi, manu mea signum indidi. Sub Christi auxilio Viliulfus Tudense sedis episcopus conf. Manillani abba Cellenovensis conf. Veremudus Princeps conf. Froila Vimaraz conf. Gutier conf. Pelagius Menendiz Osorius presbiter conf. Osorius conf. Ranemirus conf. Nuno conf. Pelagius Erotiz. Pelagius monachus et diaconus conf. Gundisalvus conf. Nuno conf. Luzdo Rudesindiz Sampirus presbyter et notarius Regis conf. Froyla armiger Regis conf. Didacus Luz, Aloytus, Rudericus, Nuno, Riquilanus abbas conf. Gundesindus abbas conf. Visclamundus, Mendus, Odoarius, Petrus abbas conf. Galindus abbas conf. Froyla maior et monachus et presbyter conf. Adulfus maiordomus et presbyter conf. Aloytus presbyter et notarius sedis conf.

VI

Pleito entre Vegila y la Iglesia de Santiago acerca de la propiedad de los siervos y libertos nacidos de uniones entre personas pertenecientes á ambas partes. El rey Bermudo II decide que se dividan por mitad, como se hacía de antiguo y pretendía la Iglesia de Santiago.

999, Junio 22.

Muñoz, *Del estado de las personas en los reinos de Asturias y León*, págs. 72-74. López Ferreiro, *Historia de la Santa Iglesia A. M. de Santiago de Compostela*, tomo II. Santiago, 1899, ap. LXXXI, págs. 197-199.

In nomine Domini nostri Ihesuchristi. Dicenda est causa accionis ut, qui in subsequenti tempore audierit vel viderit, firma et stabilita ab

omnibus habeatur. Multis est notum et non paucis manet declaratum quomodo fuerunt in suburbio Sancti Iacobi apostoli domini horti novo genere scilicet Pelagius nomine Tetoni filius atque uxor eius Iberia et procreaverunt liberos, ex quibus unam habuerunt filiam, nomine Flamulam, que successit in bonis parentum suorum. Dum omnia suo iuri adstitissent, habuerunt inde creationem servitutis, et acceperunt ipsius servitutis viros de debito Sancti Iacobi; similiter et homines ipsius debiti Sancti Apostoli acceperunt inde uxores utriusque sexus, procreaverunt filios et filias. Inter ipsos dominos et domus Sancti Iacobi fuit mos, ut mulier cuiscumque nationis fuisset staret integra post virum suum dum ambo viverent, et filii illorum tam de una parte quam ex alia, essent medii Sancti Iacobi et medii illorum quorum superius mentionem fecimus; et hec causa sic stetit per longa tempora de uno episcopo in alium episcopum. Ipsa vero Flamula sic fecit, sicut et predecessores sui et parentes. Mortua Flamula, venit ipse iam dictus Vegila ad sedem Sancti Iacobi apostoli in presencia serenissimi principis domini Veremudi et pontificis huius loci, et accepit sagionem regis et pontificis nomine Sunilam et perquisivit omnes servos vel libertos, qui erant permixti cum hominibus Sancti Iacobi. Dicebat Vegila, quod suus homo aut mulier, qui consocraverit cum hominibus Sancti Iacobi, essent sui integri et non haberet in eis partem Sanctus Iacobus nec episcopus sue ecclesie. Ad hec intuens, Petrus episcopus cum omni clero suo dixit: «Isti homines in omni giro de XII milia contestati fuerunt per multos annos a multis regibus parti sancte Ecclesie iam dicte, et non oportet expolietur de sua familia, quia testamenta que in tesauro Sancti Iacobi roborata et afirmata sunt non evacuta remanebunt. Cumque inter se dicerent talia, previdit Rex et omnes pontifices et proceres ut ipsa permixtio hominum, qui nati fuerant de hominibus familie et de hominibus Sancti Iacobi, sint medii parti beati Iacobi et medii parti Vegilani, sicut fuit in diebus Tetoni et Iberie atque eius filie Flamule, et numquam inde oriatur alia contentio. Est ne vir unus nomine Gogius ex familia Sancte Eulalie Iriensis sedis, et cepit mulierem nomine Sindilonem, et fuit ipsa mulier de casata Flamule, et habuerunt comuniter duos filios: unus, Onoricus exivit post partem matris Sindilone, et alius nomine Sidiges post partem Sancti Apostoli et eius pontificis et ipse iam dictus Vegila querebat eos; set quia non erat iustus non habuit. Quicumque hanc agnitionem infringere temptaverit, exsolvat ad partem regis auri talentum unum, et hec agnicio maneat firma in seculum seculi. Notum

die X kalendas iulii, era VII et terdena post millesima. Veremudus rex conf. Armentarius conf. Pelagius episcopus conf. Muninus testis.

VII

Donazano hace donación de todos los bienes inmuebles de que era propietario á sus hijos Pedro y Clementina, siervos de Osoredo Tructesindiz, habidos en Leodesinda, sierva del mismo dueño, con la cual se había casado Donazano «per dotalis ordinis».

1001, Octubre 11.

Portugaliae Monumenta historica. Diplomata et Chartae. Lisboa, 1868, núm. CLXXXV, págs. 113-114.

Dubium quidem non est sed ad multis mane notissimo, eo quod ego Donazano et uxori mea Leodesinda sedimus cumiunctis per annos plures per dotalis ordinis, et ganamus villas et qui habemus de parentis nostrorum tam quantum potuimus adplicare cum Dei adiutorio; et tenuimus filius nostre Petro et Crementina, et emigravit ad seculo ipsa mea mulier Leodesinda et laxavit michi duos filios iam superius nominati Petro et Crementina, et sunt ipsos meos filios mancipius proprius de Osoredo Tructesendizi de parte de ipsa mea mulier Leodesinda; et pro id accessit michi bone pacis et voluntas, ut facere ad vos filius meos iam superius nominati tam de parentela quam eciam de comparentela per ubi illa potueritis invenire libera in Dei nomine habeatis vos potestate. Confirmo vobis terras, pumares, vineas, casas, sauta, arbores, arbustorum, aquis, petrarum, moncium, pane, parum boves, vaccas, ovelias, capras eciam et volatilia, ferramenta medalorum, cubos, cubus, lectus, katedras, mensas, legumina vel quantum ad prestitum ominis est. Omnia vobis confirmo ab integro ex illa qui iam ad Gundisalvo Moneonis incartavit et extra illa quinta qui dau pro remedio anima mea. Habeatis ea firmiter post morte mea. Siquis aliquis homo vos pro id calumniare voluerit, comodo habeatis licencia de me adprehendere duplato vel quanto ad vobis fuerit meliorata et vobis perpetim habitura. Facta carta confirmacionis V.to idus octubris, era M.XXXVIIII. Donazano in hanc cartula confirmacionis manu mea. Qui presentes fuerunt: Velasco Velasquiz. Fofinio Benianiz. Iacundo

frater. Patre Daviz. Onorigu Didaz. Alvitu Quelaiz. Monderigo Tanoiz. Leovegildo Emilaz. Alvito Ermoriquiz. Ioacino frater. Vimara Aguudiz. Fromarigu Leodemariz. Kanave Didaz. Vimara Asueiz. Guntaldo Notuit. Ruderigu frater. Vestremiro. Albaro Boniniaz. Marvan Alvitiz.

VIII

Pleito entre Velasco Núñez y Nausti Díaz acerca de dos hombres, llamados Gundesindo y Donelio, pertenecientes al Monasterio de Celanova, cuyo abad, Aloito, los había encomendado á Velasco Núñez, resuelto en contra de Nausti Díaz por haberle sido contraria la prueba caldaria.

1007, Abril 6.

Cartulario del Monasterio de Celanova, fol. 189 r. y v.

Horta fuit intemtio inter Velasco Muniz et Nausti Didaci super homines nomine Gundesindo et Donellio, qui erant habitantes in Hordines in casa de Cellanova, cuius homines erant, et tenebat illos Velasco Muniz adcommendatos de manu Aloitus abba, et venit Nausti Didaci, qui tenebat mandamento de Lutrio, ad inquirendos ipsos homines post ipsos mandamento. Et dicente Velasco Muniz, quod ipsos homines sunt de Cellanova, qui venerunt de Monte Roso cum ipse episcopo domno Rudesindo, cuius homines erant, et intrarunt in ista terra, et fillarunt in mandamento de Cellanova in villa Frogianes mulieres cum suas hereditates, et ipso homine nomine Sindila, avolo de Donello et de Gundesindo, et fuerunt istos homines natos in ipso mandamento de Cellanova et in ipsas hereditates, et servierunt ipsos ad dominos de Cellanova usque hodie; et dicente Nausti Didaci, quod sunt de mandamento, et non dabat avolentia unde servissent ab ipso mandamento nisi potestative querebat illos opprimere. Et sedente princeps Adefonsus hic in Congosto et ducis Rodericus Ordoniz, qui illa terra tenebat sub ipse, et venerunt ipsos infançones ante iudex nomine Nausti Didaz et Velasco Nuniz et Aloitus abba, et baraliaverunt ipsos homines quomodo superius resonat. Et iudicavit ipse Rex iudicium rectum, quot homines unde avolentia non dabant de mandamento nec

hereditate, que non servissent ab ipso mandamento, et que dessent ipsos homines iuramento de sua parte, sicut et dederunt, quomodo fuerunt suos avolos de Cellanova, sicut et illos sunt quomodo desursum resonat. Et iurarunt illos per si, et cum eis iuravit frater Andrias, qui ipso mandamento tenebat, et alios duos Ramiro et Vistremiro, qui de ipso territorio sunt et sapiebant veritate. Et Nausti Didaci cum perfidia de ille abba, qui cum suos inimicos stabat et octurgabat, pergabit illos ad pena, et miserunt ipsa nocentia hic in Sancta Maria de Congosto ante Eita Menindiz, qui erat iudice de ille Rex in ipsa terra de Limia, et per nomine sagione Ihoane Monniz. Et mandavit ipsa pena exire limpia, sicut iurarunt sua veritate, et levarunt ipso nocente ante ille Rex et viderunt ipsa pena per veritate, que Deus mandavit et elegit. Ipse Rex iussit facere scripture firmitatis, quot iam ipsos homines non sedeant inquietados post ipso mandamento, sicut et fecerunt, sed ut serviant ad ipso monasterio Cellanove ubi illos Deus elegit. Et ego Nausti Diaz, qui ipsos homines inquietabam, a tibi Velasco Nuniz et a vobis Aloitus abba, qui in capud erestis et cum adiutorio vestros homines devindigastis, placitum facio scripture firmitatis, que iam ad ipsos homines nullam inquietatem faciat post parte de ipso mandamento neque nos neque nostros intercessores, qui post nos ad ipso mandamento venerint ad imperandum, et istam scripturam infringere voluerit, sit anatematus in conspectu Dei Patris omnipotens et sanctorum Apostolorum eius, sit condemnatus et perpetua ultione percussus, sit et in conspectu sanctorum Martirum et Sancti Spirictus et Christi perpetua anethema marenata, id est duplici perdiccione damnatus, ut de hoc seculo sicut Datam et Abiron quibus continuo absorbeatur iatu et Tartareo penas cum Iude Christi traditore perhenniter cruciatus, et insuper inferat vel inferamus ad domno, cuius fuerint, ipsos homines duplatos et post partem regis mille solidos de auro et ipse monasterio firmiter habeat roborem. Facta agnicio vel placitum VIII idus aprilis, era XXXXV post millesima. Ego Nausti in hac agnicio vel placitum manu mea roboravi. Adefonsus nutu Dei rex in hac scriptura manu mea confirmo. Rudericus prolis Ordoniz et comes conf. Ordonio Almeiuce conf. Velasco Almeiuce conf. Tructesindus Pelaiz conf. Pelagio Froilaz conf. Alvaro Bencaz conf. Aloitus abba conf. Adefonsus abba conf. Guttier preposito conf. Revelio Martiniz conf. Gundisalvo Froilaz conf. Sub Christi nomine Vistrarius Iriensis et Apostolice sedis episcopus, conf. Qui presentes fuerunt: Tanoii testis. Framila testis. Sisnando testis. Fulgentius notuit.

IX

Convenio entre los condes Jimeno Diaz y Arias Aloitiz acerca de los hombres habitantes en los condados de Cornado y Aviancos. Determinan los límites entre ambos condados y establecen que los hombres de cada cual de estos condados pudiesen contraer matrimonio con mujeres del otro, conservando las heredades que tuviesen éstas. Se exceptúan los siervos y los hombres de la Iglesia. Suscitada cuestión al cabo de cierto tiempo sobre los límites de los condados, se decidió que fuesen los señalados en el convenio primitivo.

1007, Agosto 22.

LÓPEZ FERREIRO, *Historia de la Santa A. M. Iglesia de Santiago de Compostela*, tomo II, ap. LXXXIII, págs. 201-203.

In nomine Domini. Tempore serenissimi principis domni Ranemiri prolis Hordonii habuerunt comites Scemenus Didaci et Arias Aloitici inter se intencionem pro hominibus habitantibus in comitatu Cornati et Aviancos. Et elegerunt facere diffinicionem ipsorum hominum et ipsorum comitatum, ut haberent consogrerium homines de [Aviancos] et homines de [Cornato], et haberent divisionem per rivulum Issi, et quanti venirent ad habitandum de comitatu Cornati in comitatu de Aviancos acciperent inde uxores et hereditates parti comitatus servirent, et qui venirent de comitatu Aviancos in comitatu Cornati acciperent inde uxores et hereditates, et starent parti ipsius comitatus ingenuos, et redderent quod illis ostenderent per veritatem, exceptis servis et hominibus ecclesiasticis illarum sedium. Ubicumque essent perquirerent eos et ille hereditates starent firmiter per ipsum rivulum et divisionem sicut superius resonat. Postea princeps domnus Hordonius proles Renamiri in regno electus fecit testamentum de comitatu Cornati loco beati Iacobi apostoli pro remedio anime sue. Similiter et domnus Sancius fecit testamentum de comitatu Bavegio parti ipsius Apostoli. Postquam testamenta fuerunt facta, domnus Sisnandus episcopus proles Hermegildi loco apostolico et domnus Gundisalvus comes proles Menendi, qui comitatum tenebat de Aviancos, afirmaverunt ipsam divisionem, que prius facta fuerat, sicut superius resonat; et post obitum domni Sisnandi episcopi similiter domnus Rudesindus episcopus cum nepto

suo domno Munino proles Gundisalvi, et stetit firma ista divisio ante testamentum annis plurimis, et post testamentum factum annis L et supra. Item venerunt in diebus domni Veremudi principis prolis Hordonii per ordinationem eius sui infanciones Fortes Didacus et Arias Aloiti, et tenuerunt ipsum comitatum Aviancos, sicut et istos antea, et Adefonsus Eroni post partem Sancti Iacobi Cornatum, et fecerunt similiter. Post hec tornavit ipsum comitatum Aviancos rex domnus Veremudus. Didaco Gundisalvici et Renamiro Gundisalvici comitibus et domnus Petrus episcopus in sede apostolica, fecerunt mentionen ipso principi quomodo fuerat ipsa divisio facta ipsorum comitatum per illum rivulum in diebus domni Renamiri principis. Hordinavit et confirmavit sicut antea fecit. Post mortem domni Veremudi principis filius suus domnus Adefonsus fultus in regno et dux domnus Menendus proles Gundisalvi acceperunt saionem Adaulfum Romarici, ut exquirerent homines de comitatu Aviancos in comitatu Cornato et Bavegio, sicut et fecerunt, et fregerunt ipsam divisionem, que prius facta fuerit. Item domnus Pelagius in sede apostolica fuit in presentia regis domni Adefonsi et ipsius ducis Menendi, et fecit mentionem quomodo fregerant ipsas divisiones, que facte fuerant, sicut superius resonat. Et ipsi episcopi et comites elegerunt consilium, quod darent testimonium et sapientes ipsorum temporum, qui affirmarent ipsam divisionem. Coniuncti fuerunt pontifex domnus Pelagius et ipsi comites domnus Didacus et domnus Ranemirus et alii multi filii bonorum hominum in villa Pezoure in Aviancos, et dederunt ex parte beati Iacobi apostoli testimonium inter abbates et sacerdotes veridicos decem, qui sciebant veritatem quomodo fuerat facta ipsa divisio ipsorum episcoporum vel comitum; et de numero testimoniarum acceperunt ad iuramentum Adefonsum abbatem filium Eroni, et firmavit quod rectam sciebat ipsam divisionem eo quod pater suus Erus tenuerat ipsum comitatum et per veritatem fuerat facta ipsa divisio. Iuravit ipse Adefonsus in Pezoure in ecclesia Sancti Salvatoris et acceperunt ipsi comites per manus sagionis Ataulfi filii Romarici ipsum iuramentum quod iuravit, ut firmiter stet ipsa divisio per secula cuncta. Facta divisione XI kalendas septembris, era quaterdena et quinta post millesima. Adefonsus rex conf. Armentarius episcopus conf. Arias episcopus conf. Menendus conf. Didacus conf. Pelagius conf. Rudericus conf. Alvarus conf. Aloitus conf. Munio conf. Gudesteus conf. Suarius conf. Gutherre testis. Petrus testis. Aloitus testis.

X

Pleito entre Rodrigo Guimiriz, en representación propia y de sus herederos, contra Cresconio, al cual reclamaba como siervo, alegando éste que estaba in servicio et iure *de Osoredo Tructesindiz y de la madre de Osoredo, doña Unisco. Fué resuelto contra Cresconio por haberle sido desfavorable la prueba caldaria. Manumisión de las hijas de Cresconio, María, Argelo y Otrocia.*

1025, Junio 16.

Portugaliae Monumenta historica. Diplomata et Chartae, núm. CCLVIII, pág. 159.

Ad multis quidem est scitum sed non ad paucos manet declaratum. Obinde orta fuit intentio inter Roderigum Guimiriz in sua voce et de suos heredes contra Cresconium, qui calumpniabant illum pro a servitio. Et era ille in servicio et in iure de Oseredo Truitesindiz et de sua mater domna Unisco; et aquerelarunt se ante illum comitem Menendum Gunsalviz, qui illo ipso tempore docebat omnia, et mandavit eis ut preessent ante ipsum domnum Oseredo, et dedisset eis cum eo veritatem, sicut et dedit, per sagionem nomine Gundesindo. Et causatus fuit cum eo Rodericus Goimiriz in sua voce et de suos heredes et ante iudices prenominati Oseredus Tructesindiz, Menendo Sesnandiz, Gudesteo presbiter, Sesnandus Menendiz et pro sagione Gundesindo, et dedit ei Cresconius suum assertorem nomine magister Evenando, qui potuisset se devendicare de ipsa calumpnia per ingenium, et eos dederunt testimonias de amborum parte hic in Gundemari, et pergerunt pro a lege et pro eis qui erant inter eos in veritate, et ordinarunt inter éos ut traucisse ipso Roderico cum suo testimonio per illos colmelos super ipso Cresconio, et per suo nocente, sicut in iudicato resonat. Et devenerunt inde ad particionem et dederunt inde ad domnum Oseredum et ad suam matrem domna Unisco in suo iudicato ipso Cresconio et cum una filia nada nomine Maria; et in iure de ipsos domnos genitas fuerunt de ipso Cresconio alias duas filias nomine Argilo et Odrozia. Et in nomine sancte Dei et individue Trinitatis in Domino Deo eternam salutem amen. ... In Dei nomine. Unisco prolis Menendo et Patruina tibi mancipas nostras vobis Maria et Argelo et Otrocia filias Cresconio in Domino Deo eternam salutem, amen. Incertum est enim

tempus unde quod nos tale ducimus casum, quia nec inicium nascendi nobis nec finem ovite nostre scire valemus, quando geniti fuimus et ab hoc seculo migraturi fuerimus. Hanc nos res excitat, ut aliquid bene faciamus, ut ante Dominum copiosa conveniat mercis, admonente nobis illo provetico quod Esayas vades intonat dicens: «dissolve colligationes impietates, dissolve fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti sunt, liberos et omne onus eorum disrumpe et alium dimitimus unusquisque servum vel ancillam suam, quia non fecit Dominus unus servus et alium liberum sed totum hominem Deus liberum fecit: et idem in Psalmis: exiet spiritus eorum et revertetur in terra sua in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.» Obinde ego iam dicta Unisco tibi mancipias nostras iam supradictas absolvimus vos ab omni nexu et ab omni iugo servile, et ante Dominum libera voce dicamus: da Domine, quia dedi, miserere, quia misericordiam feci, absolvimus vos ut sitis liberas et ingenuas agendi, manendi, laremque fovendi. Damus atque concedimus vobis pecus vel peculiarem nostrum tam quod habetis vel cum Dei adiutorio augmentare potueritis, et non damus vobis alio patrocinio nisi soli Deo et regem celi; et diem sancti Atriani et Natalie, ut cor euntes oblatione pro anima viro meo Tructesindo et de filiis meis Doredo et Patruina. Siquis tamen, quod fieri non credimus, aliquis homo aut ex propinquis nostris, venerit ad irrumpendum hunc nostrum factum in primis siat excomunicatus et separatus a fide Christi et cum Iuda traditore habeat participium, et pariet reus directos duplatos vel triplatos per singula capita, et insuper D. soldos per singula capita et alud ei qui illam urbem imperaverit aliud tantum. Facta agnitio vel firmitatis cartula ingenuetatis XVI° kalendas iulii, era Mª LXª IIIª. Unisco Nisconi deovota in hanc angnitionis vel firmitatis cartula ingenuetatis manus nostras roboramus. Et audierunt et viderunt. Magister Cresomaro Salomoniz conf. Guandila presbiter conf. Gundulfus presbiter conf. Godinus presbiter conf. Froia Didaci conf. Aiulfo Trasulfiz conf. Sancio Erotiz conf. Sandinus presbiter conf. Abolfeta conf. Fafila testis. Fafila testis.

XI

Pleito entre Sancho Flainiz, como representante del conde Rodrigo Ordóñez, y el abad Aloito y los monjes de Celanova sobre la

pertenencia de un hombre llamado Suero, hijo de Mitón, decidido á favor del monasterio.

1025, Junio 24.

Cartulario del Monasterio de Celanova, fols. 138 v.-139 r.

In nomine Sancte et Vere Trinitatis, qui est Sanctitas Patris et Filio et Spiritus Sancti, tres personas sed unus et verus Deus, qui regnat ubi per nunquam finiendam semper secula seculorum, amen. In temporibus serenissimus princeps rex domnus Adefonsus Veremudus prolis. Horta fuit intentio inter Sanctio Flainiz, qui homines inquirebat de comitato, homines quod dicunt de vite, post parte comite Rudericus Ordoniz, et Aloitus abba et fratribus monasterii Cellenove, qui voce obtinet de ipsius monasterii iam supra memorati, super Suario filio Mitoni, quod inquirebat ipse Santio Flainiz pro mittere in ipso mandamento; et devenerunt inde in concilio in Sancto Iacobo ubi dicent Parata Vetera ante ipso comite Rudericus Ordoniz et aliorum multorum filii bonorum vel iudices constitutos, quorum nomina hec sunt: Oduarius Guttierriz de loco apostolico, Guandilani confessi de monasterio Gunderami, Savaricus prepositus de monasterio Muisiolis. Et dixit ipse abbate domno Aloito in voce monasterii Cellenove, quomodo venit frater de Mitoni nomine Gundesindo de alia terra, et presit muliere cum hereditate de ipso monasterio, et in tota sua vita servuit ad ille episcopo domno Rudesindo. Mortuo ipse Rudesindus dimisit filium suum nomine Mito, et vixit vita non paucis diebus sed multis temporibus et totis diebus vite sue servivit ad ipse monasterio et ad sanctissimi patris nostri domni Rudesindi episcopi. Adventus obitum ad ipse domno episcopo, relinquit ipse monasterii Cellenove Manillani abbati et servivit ipse Mito in cunctis diebus vite sue ad supra memorato monasterii Cellenove, et ibi clusit diem extremum vite sue. Post obitum ipsius Mitoni, remansit filium suum nomine Suario cum hereditate, quos pater suus obtinuit de iure monasterii quos Flamtius Flainiz mittet in contemptione; et ordinabit ipse comite domno Ruderico ad ipsos iam supra memoratos, ut dedissent legem inter eos, et iudicassent veritatem, sicut et dederunt. Hordinaverunt per legem, ut dedissent de parte Cellenove duodecim testimonias: ipse Suario in primis et alias undecim, sicut dederunt. Ad diem aptum sabbatum, quod erat vespera Sancti Pelagii, pervenerunt in monasterio

Palatiolo ipse Aloitus abba et Santio Flainiz ante comite Rudericus Ordoniz, et dederunt ipsas testimonias de parte Cellenove quorum nomina hec sunt: ipse Suario filio Mitonis, domno de Revan, Vidirdo Argeriquiz, Donnino, Erode Trasoi, Arias Micaheliz, Dakaron Arianiz, Viliulfo Fromildiz, Gumterico, Leovegildo Fronuniz, Suario Doneliz; sub unis XII. Et iurati fuerunt per manus ipse Sanctio Flainiz et in concilio ipse comite domno Ruderico et iudices suos in baselica Sancti Iuliani, sicut de supra resonat, quomodo fuit avii et parentes sui de ipse Suario de domni Rudesindo episcopo, sicut et ipse Suarius fecit, usque preserunt illo per manus. Et post iuramentum factum, dimiserunt ipse Suarius post parte monasterii Cellenove sanum et sine ulla calumnia, ut tam ipse Suario quam filii nepti vel qui de ipsa semina nati fuerint in cunctis temporibus plenam habeant stabilitatem roboris post parte ipsius monasterii sepedicti Cellanove. Facta agnitio vel iuramenti VIII.° kalendas iulias, era M.ª LX III. Ego Rudesindus dux prolis Ordoni filius cognoscens me in veritate, et vidit et iudicabit et quod verum est discernibit, et quos iudicavit recte ordinavit, et manu propria et mente tota hanc agnicio roboravit. Oduario Guttieriz et iudex de loco apostolico conf. Guandilani confessi de monasterio Gunderami iudex conf. magister Santius confessus et iudex de monasterio Moixlos manu mea conf. Domno Gregorius confessus conf. Ariastre Alvariz conf. Santius Flainiz qui hunc iudicium pulsavit pro ipse homine mittire in mandamento, et suo iuramento in concilio suscepi ante comite memorati domno Ruderico, manu mea conf. Danoi Muniz conf. Armentario Gundesalviz conf. Osorio Osoriz conf. Pelagio Eicaz conf. Ostofredo Pelaiz conf. Rudericus Ansuriz conf. Froila Tetoniz conf. Puricello Gundesa conf. Furtunio Viluilfiz conf. Beica Leodefrediz conf. Furtunio Egilaz conf. Adulfo Viliulfiz conf. Veremudo Gresulfiz conf. Adaulfius Fortuni conf. Sandini filio Censoi conf. Adaulfio Almenize testis. Eita Ansuriz testis. Gumsalaio prolis Elias testis.

XII

El conde Piniolo y su mujer Aldonza hacen donación al Monasterio de San Juan de Corias de varias iglesias, monasterios y villas, y consignan los servicios y prestaciones que debían dar al Monasterio

los siervos laicos y las penas de los monjes y clérigos de origen servil si se mostraban contrarios al Monasterio.

1044.

YEPES, *Corónica general de la Orden de San Benito*, tomo VI. Madrid, 1647, págs. 449-450. — *España Sagrada*, tomo XXXVIII. Madrid, 1793, ap. XII, págs. 291-294.

Ego Piniolus Ximenez comes et coniux mea comitissa Ildontia Munionis facimus testamentum donationis Domino nostro Iesucristo et Beate Marie Virgini et Sancto Ioanni Baptiste, cuius Basilica sita est territorio Persicus super flumen Narcei, et abbati Arriano et omnibus ibidem Deo servientibus tam futuris quam presentibus, de rebus et possessionibus nostris, ut ante Deum Salvatorem nostrum in die tremenda veniam consequi mereamur peccatorum. In primis damus quantum habemus in illam villam de Corias, sicut iam superius scriptum est, Sancta Maria de Regula, Sancta Maria de Carreceda, Sancta Maria de Obanzaro, Sanctum Ioannem de Aragonio: istas quatuor ecclesias cum suis villis et pertinentiis, quas habemus per ius eterne commutationis à Froilano Ovetensi episcopo et omni congregationi canonicorum à maximo usque ad minimum, per aliis quatuor melioribus et utilioribus iuxta sedem Oveti, nominatis Laureda, Verzizo, Obias, Evolea, que fuerunt de parentibus nostris. In Obanzaro... media, que fuit de Danel; in Errondo illas tres quartas, que fuerunt de Veremuto Gutierrez, illa villa de illo territorio integra, que fuit de Gacessa Gacessam, almunia que fuit de Tiltello Gacessa, illa villa de subtus Cangas, quam vocant Veiga, que fuit de Aguila; in Perpera... Rebolles; in Abancenia Villamediana, que fuit de sororibus nostris Auria et Munia. Donamus et illum monasterium Sancti Martini de Vesubio cum suis pertinentiis et peculiaribus: Errondo, Sanctum Romanum, Ceresedo, Sanctum Petrum de illo monte, Sanctam Eulaliam de Aguanes, cum totis nostris mancipiis ibidem habitantibus; aliamque ecclesiam ibi damus cum suis pertinentiis, videlicet Sanctum Ioannem de Villaverde, cum sua villa Abanela, Perulieda, Villamaiure, Sancta Eulalia Nuceda, Fontes Laurate, Villaferrol; in Aure illas duas tercias de villa Xonti cum nostris mancipiis filiis de Plando, et filiis de Fratre Fortes; in valle de Oscos Maon et Perdigueros; in Miraio Veiga cum suis pertinentiis et mancipiis ibi habitantibus; Texero cum suis terminis; Pedredos ambos

medios; Villamediana integra cum tota nostra creatione; in Tinegio Perluces, Sancto Stephano de Ero, Lamego, Felgueras... Bragalonga altera; in sauto de Narceia monasterium Sancti Ioannis de Sauto cum suis villis et servis, videlicet Tugunas, Laureto, Ovelie in Valdes, Mones cum totis suis montibus et bustis; ...Briga de Bedres monasterium Sancti Michaelis de Cano cum suis peculiaribus, videlicet Sancto Felice Ranon, Coba, Celoias, et cum totis aliis hereditatibus ei pertinentibus, et cum servis istis, Iusto, Iuliano, Cid, Garcianaiz et nepotibus suis, filii de Neira, Gudilo, Alvaro, Michael cum filiis suis; villa de Almunia, que est super flumine Presul, cum filiis Sanctii, foris illo maiore quem ingenuamos; illam villam de Otur et de Berones cum suis pertinentiis et servis; ripa de Navia, monasterium Sancti Antonini de Villanova cum possessionibus et servis. Inter Navia et Prucia monasterium Sancte Marie de Miudes cum ecclesiis et villis et servis et ancillis; monasterium Sancti Martini de Mantares cum vallis et servis et ancilliis, et est ipsum monasterium in arrogio quod dicitur Sarras. Ordinamus autem de istis monasteriis de Barcena, de Canero, de Miudes, quod tertia pars omnium reddituum eorum detur Coriensi Ecclesie, et alie due remaneant habitantibus in eis, in hospitibus suscipiendis et sumptibus suis. Damus autem servos istos de tribu Ismaelitarum: Gredo cum filiis suis, Bidia, Felix, S. Pirius cum quinque filiis, Alvarus et Columba cum septem filiis, Besculo, Fernando, Azenar, Tello, Marque cum sex filiis, Cid, Ioannis, Gusteo, Garcia, Enego, Creosa, Cid, Alvariz, Xemena, Visterla cum filiis suis, Ioannis Sarraciniz cum suo sobrino Sarracino, Ioannis Vincentin, Buisano et uxor eius Iuliana cum filiis suis, Martino, Gisildo, Velazquida, Cid, Ioannis et uxor eius Ermida, neptos de Piniola, Roderico, Cid, Maria, Pelagio, Eneque nepto de Cromacio. Isti sunt servi quos dedit rex Veremudus comiti Piniolo: in illa mandatione de illa tertia de Cangas, Didacus Moniz cum filiis suis, Dominico, Nuvilo, Arcaya cum filiis suis, Froyla cum filiis suis, Petronia cum filia sua, Aragonti et filius eius, Ecta, Petrus Sarracinez, Frodisendo, Vilifonso, Estephano et uxor eius Toda, Marcellus, Vermuti, Froyla, Marque, Maria Vistiz, Vermutus Sarraciniz cum uxore sua, Iuxto Alvariz et uxor eius, Ordonius, Doña Egilaz, Doña Vistiz, Menendo, Malara, Flamula, Massara, Fernandus Vistiz, Hermetenda, Froyla, Bellido Seranianiz et uxor eius Bellida, Xemena, Alvarus Ovequiz cum filius suis, Bellido Guillifrediz et uxor eius Urracha Fernandi, Xemena Nuñiz, Garsea et uxor eius, Alvarus Diaz

et soror eius Cida, filii de Didaco Sexgudix, Alvarus Iusti et uxor eius. Nos indigni atque peccatores Piniolus et Ildoncia ordinamus et constituimus, ut omnes vicini seu extranei, quos loci possibilitas potuerit sustinuere, qui in Monasterio Coriensi voluerint sub regula Beati Benedicti militare, militent et habeant potestatem in omnia eiusdem monasterii de iure spectantia vindicare adque defendere, non alienare, neque minuere. Si autem aliquis ex servis nostris huic sancto loco in aliquo contrarius extiterit, sive sit monachus sive clericus, ad pristinam [servitutem] revocetur et centum ictibus flagelletur. Omnes autem servi nostri laici semper in septimana laborent duos dies, quale opus iniunxerit eis abbas Coriensis, sub expensis huius monasterii, et alios quatuor dies laborent quod voluerint pro animabus nostris, et nullum dominum habeant nisi Coriensem abbatem. Qui autem huic precepto nostro rebellis extiterit, ad servitium fiscale revocetur, et centum flagella suscipiat. In festo Sancti Ioannis Baptiste, dent censum monasterio Coriensi: de Miudes, modio de escanda, de sali modio, piscatum satis ad spendendum; de Mantares et de Canero, aliud tantum; de Barcena, modio de escanda, modio de sicera, carnem abundanter; de Sancto Ioanne de Sauto, modio de escanda, modio de sicera, carnem abundanter; de Sancto Ioanne de Villaverde, aliud tantum. Abbas autem et cultores ecclesie Coriensis potestatem habeant comittere ius patronorum istius monasterii Coriensis cui voluerint, qui eos bene defendat, sive domino Pape, seu Regi, seu cuilibet potenti persone voluerint, ut propinqui nostri nullum in eo habeant unquam dominium. Qui vero istius facti nostri trasgressor extiterit, sit maledictus usque in septimam generationem, et omnes maledictiones que continentur in sacris Scripturis veniant super eum, á corpore et sanguine Domini separetur, et cum Iuda proditore in inferno inferiori habeat penas, et quantum inde sacrilege abstulerit in quadruplum restituat Ecclesie et regie Maiestati. Sub era MLXXXII.

XIII

Pleito entre Fagildo, representante del Monasterio de Vimaranes, y Suero Giménez sobre la composición debida por homicidio y rapto, que reclamaba éste de los hombres de la villa de Matamala, cuya

propiedad se disputaban, decidido por el juramento de Fagildo y de cuatro cojuradores.

1050, Mayo 30.

Portugaliae Monumenta Historica. Diplomata et Chartae, núm. CCCLXXVI, pág. 229.

In temporibus Fredenandus rex et Sancia Regina. Orta fuit intentio inter frater Fagildus et Suario Exemeniz pro homicidio, que volebat sacare Suario Exemeniz in villa Matamala, quod fecerat ipse homicidio malado de Nuno Pelagii, et querebant illo cedare super illos homines de Matamala, et pro rauso quod fecit Cidi Didaz; et dicebant Suario Exemeniz quia erat sua veritas et de suos avios ipsa villa de Matamala, et dicebat frater Fagildus quia erat veritas da casa de Vimaranes; et coniuncti fuerunt proinde hic in Iugarios in presentia de Gomice Eitaz, que illa terra imperabat sub imperio ipsius Rex et ipsa Regina, et in presentia Petrus abba et Petrus prepositus et Menendo Gundisalviz et Gudinu Ibeniegas et alii filii multorum benenatorum, et per manus tiufaudus Pelagio Mitit, et altercarunt domnos de Vimaranes ipsa villa pro parte de Vimaranes, cuius veritas erat, sicut et est, et altercabat illa Suario Exemenit pro sua parte, et elegerunt iudice Pelagio Sagatiz, que erat constitutus pro iudice in illa terra, et ordinarunt, que iudicasset inter eos veritate; et perexquisivit inter eos veritate, et ordinavit, ut iurasset frater Fagildus illa villa et illos homines, que erat veritas de Vimaranes cum IIII^or homines de illa villa et ipse frater Fagildo V^o, quia sic invenit ipse iudice in liber quintus, titulo primo, sententia prima ubi dicit — Deus iudex iustus que iustitiam intemperaliter diligis—, et dedit ipse frater Fagildus si et IIII^or homines nominibus Cidi Asteriz, Todemiro presbitero, Segesindo Vizoiz, Savarico Pinioliz, et iurarunt hic in Sancto Petro de Iugarios per manus ipsius tiufaudus Pelagio Mitit. Obinde ego Suario Exemeniz a tibi frater Fagildus et fratres et sorores habitantes in cimiterio Vimaranes pactum simul et placitum a vobis constringimus per scripture firmitatis, sub die quod erit III° kalendas iunii, era M.^a L^a XXX^a VIII^a, que amplius ego Suario Exemeniz vos non calumpniet pro ipsa villa, non pro homicidio, non pro rauso, non pro avolenga, non per scripturas anteriores vel posteriores, non per me, non per rex, nec per comite, nec per nulla subposita mala, nec per nulla voce, non filios vel neptos meos, non per filias, non per generos super illa villa nomine Matamala et Alariz, unde in casa de Vimaranes

aut in illos homines que in illas villas habitant inpedimento eveniat. Et si hunc fecerit et hanc scriptura exserserit, pariat ipsas villas duplatas, et insuper auri talenta I^o et ad regis vel comite que illa terra imperaverit aliud tantum. Suario Exemeniz in hac agnitio vel placito manus meas proprias confirmo et roboro. Petrus abba manu mea conf. Petrus prepositi manu mea conf. Gomize Eitaz manu mea conf. Menendus Gonsalvit manu mea conf. Gudinu Ibeniegas manu mea conf. Aloitu Troitit quos vidi. Christoforus Viliamiriz conf. Pelagius Sagatiz conf. Pelagio Mitiz conf. Todemiro conf. Eirigo conf. Fredenandus presbitero notuit.

XIV

Pleito entre los hombres de Alvarelios y Pedro Revelliz, representante de doña Marina y de sus hijos, acerca de los servicios á que estaban obligados dichos hombres.

1050, Agosto 1.

Cartulario del Monasterio de Celanova, fols. 54 r. 55 r.

Era M.LXXX.VIII, kalendas augustas, regnante principe Fernando prolis Santii in sede Legionis et ducis in Gallecie Velasco Almenize et Menendus Nuniz, orta fuit intemptio inter homines de Alvarelios et Petro Revelliz, qui vocem pulsabat de domna Marina et de suos filios, eo quod habuit suo pater domno Alvaro prolis Beikani villas ganatas cum sua coniuge domna Onega in ipsa villa Alvarelios pro pretio et carta, et reliquerunt eas in manu de sua filia domna Marina et viro suo domno Fernando, et Domino iuvante addiderunt ibi alias. Et desuper venit rex domnus Veremudus in terra de Limia, et cadivit ei mora perlongata, et fecit ad eum Fernando Alvariz et sua mulier domna Marina servitium idoneum, et elegit ipse rex domnus Veremudus coram omni concilio de sua scola, qui ibi erant cum eo, multa et bona, que fecisset ad ipso Fernando Alvariz dona bona, sicut et fecit. Et pro tali actione fecit ei ipse Rex supradictus kartam vel comissorium de Rovoredo Reddondo et de Alvarelios de Susanos et de homines et de omnia, qui ibi erant conmorantes, qui feci ad ipso domno Fernando

et ad sua progenia servitium sicut ad Rege erant soliti, et insuper quicquid illis imperasset licentiam habuisset, sicut et abuit, in tota sua vita et de ipso Rege. Et post obitum de ipso Fernando domno, tenuit eas sua mulier domna Marina sic villas quomodo et homines, et fecit inde testamentum ad monasterium Cellenove ubi corpus ipsius viri sui humatum tenebat. Et post inde multum tempus, surrexit alfetena et venerunt mauros in illa terra, et paraverunt se ipsos homines in superbia et miserunt ipsas villas in contensa et noluerunt exibere servitium quod erant soliti. Et dum vidi ego Marina talia, quia nec mihi neque monasterio supradicto non faciebant servitium nec reddebant illum fructum paccatum de ipsas villas, querelavi me proinde in concilio et in presentia domno Santio. Obinde et ille dedit proinde inter nos et ipsos homines iuditium hic in ipsa villa Alvarelios. Et elegerunt ipsos homines suos mandatores in ipso concilio, nominibus Trasmiro, Nando et Eita, qui pulsaverunt suam vocem et de suos vicinos todos, qui hereditarios erant in ipsas villas. Et dixerunt: «quia nemini servivimus numquam per alio foro nisi cui voluimus per benefacturia.» Et adtonitus ad hanc vocem, surrexit Petro Revelliz, et dixit in voce de domna Marina et de suos filios, qualiter fuerunt ipsos homines et ipsas villas de Rege potestas et abuit illas ganatas Fernando Alvariz et sua mulier domna Marina pro actio, qui iam sursum resonat in ista actione, et nunc fecerunt se ipsos homines reppetas cum ipsas villas iam de tertio anno, et nolunt reddere illum fructum de ipsas villas nec servire sicut erant soliti. Et dum viderunt ipsos homines talia, tornaverunt proinde ad rogo et compagina et rogaverunt ibi in ipso concilio domnam Marinam, que dixissent ei suas villas, sicut et fecerunt, et illum fructum sicut lex docuisset. Et illa misericordia conmota dimisit eis ipsam sententiam. Et adsignarunt ad illam suas villas per manum Pelagio Aloitiz, et roborunt ei placitum qualem audituri eritis, ut amplius ipsas villas vel fructum illarum nunquam inquietent sed more pacata reddant illo cui ipsa domna Marina iusserit. Obinde et nos iam supradicti Trasmiro, Eyta et Nando, qui vocem pulsamus in concilio de nostros germanos vel heredes, hi sunt pernominati, qui in concilio parent, filios de Segeredo, nominibus Salvator et Gudeste, qui pulsant suam vocem et de suos germanos vel heredes, Goda, que suam vocem et de suos tiones vel heredes, Ioacino et suos filios, qui pulsant suam vocem et de suos heredes, Ordonio et sua mulier, qui pulsant pro se et pro suos heredes, Sindilo Alvariz et sua mulier pro se et pro sua gente, Eyta

Alviniz et sua iermana pro se et sua gente, nos iam supra nominati, qui in hoc concilio parebimus qui, dicuntur, sic pro nos quomodo et pro illos alios nostros heredarios, qui in isto concilio non parent, vobis Petro Revelliz, qui vocem pulsatis in concilio de Marina Alvariz et de suos filios pro ista actione supra taxata, precarium placitum vobis facimus, et per hunc nostrum plazum et hanc actionem vobis compromittimus adimplendum, ut stemus quietos et humiles in servitio de domna Marina et de suos filios, et reddamus eis fructum de ipsas villas supradictas, sicut et prius, et sicut ille Rex docuit vel cui nos illa imperaverit ipsum debitum hoc solvere. Quod si aliquando ausi fuerimus aut nos aut aliquis de progenie nostra ipsas villas inquietare aut vestrum servitium vel dominium contemptere aut iterum pro inde iuditium revocare tam per nos quam per quolibet ingenio vel potestas in quacumque regnum vel tempus, quicquid ille fuerit, qui subposita mittere voluerit, per hanc agnitio pariet vobis ipsas villas duplatas vel triplatas aut quantum ad vos fuerint melioratas, et post parte rex vel iudex alias tantas, et vos perpetim habituras. Ego Trasmiro, Eyta et Nando, qui hanc vocem pulsamus, in hanc agnitio vel placitum manus nostras roboravimus. Santius dux prolis Velasconi, qui iudex fuit, conf.

XV

Gatea se declara sierva del presbitero Félix, ante el Concejo de Pielago, por falta de pago de la composición debida por delito.

1062, Mayo 15.

Cartulario de la Iglesia de Santillana (siglo XII), fol. 56. Archivo de la Colegiata de Santillana.

Die VI, feria VI, idus magias, era MC. In corum concilio de Pelagus ante Feles Reveliz, qui est maiorinu de Nunno Albaris, et ante Petru iudex et Gundisalvo sayone et in presentia de Didaco Gundisalviz et de Nunno Roderici et de Martino Salvatoris et de Petru Donniz et de Gundisalvo Vincentiz et de Citi Petriz et de Ecta Adfonso et de Flabio Flaginiz et de Petrus abba de Sancti Petri, et ante

omnes presentes de ipso concilio vel aliorum bonorum hominum plurimum de concilio. Ego Feles, Petru et Gundisalvo facimus tibi Felix cautu cautione vel securitatis de mulier nomine Gatea, quia sic te miscuisti tu Gatea cum viro fur et non cognovisti eum et non manifestasti tu Gatea tale factu, et proinde venit ego Gatea ad manifestu, et non abuit unde paria ego Gatea CCC solidos pro tale facto, et mitto capud meum in usu servile, et tu Felix presbiter ad recolendum ista mulier dedisti nobis Feles et Petru et sayone Gundisalvo II lienzos lineos albos, inter ambos abente XXXIII cubitos. Et nos iam dictos facimus tibi Felix presbiter cautu de ipsa mulier, que si des odie die vel tempore ante aliqua potestate si voce de iuditio suscitavimus super te Felix aut super pars tue, ego Feles et Petru et Gundisalvo vel pars mee non voluerimus tibi Felix vel pars tue octorificare vel in concilio vindicare, quomodo pariemus tibi Felix vel pars tua ipsa mulier cum ipsos solidos duplatu vel triplatu et ad imperatoris terre auri libras VII. Et ego Gatea mitto caput meum in iussione vel in servitio de tibi Felix et de Regula Sancta Iuliana. Et ego Gatea, si exiro de iure de Sancta Iuliana in diebus vite mee, quomodo paria yo Gatea ad pars Regula ipsius CCC solidos. Ego Feles et Petru et Gundisalvo in hac cautu cautione vel securitatis, que fieri voluimus, tibi Felix presbiter et legenter audivimus manus nostras roboravimus coram testes. Munio et Citi, hic testes sumus, manus nostras roboravimus. Sebastianus scripsit.

XVI

Urraca dona un solar en la villa Elane á Rexendo, para que la sirva mientras viviera, y, después de muerta ella, sirviese á algunos de los parientes que nombra ó al monasterio de Sahagún, vel qui tibi melior fecerit.

1062, Mayo 8.

Cartulario I del Monasterio de Sahagún (siglo XI), fol. 126 v. Archivo Histórico Nacional.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Ego Urracca filia Adefonsi et Maria facio tibi Rexendo cartula donacionis de uno solare in villa

nis, Carvaliar per suis terminis, Sancto Iohannes per suis terminis, Campo Redondo per suis terminis, Valle Martini per suis terminis. Adicio vobis villa quam dicunt Cento Fontes, qui fuit de abio meo comes Fredenando Veremudiz, hic in ripa de Estola, etiam et monasterio de Cisterna cum aiuntionibus suis, simul et alias hereditates que fuerunt de comitissa domina Gelvira filia comes Fafila Fernandiz, quos abuit in ripa de Estola et in illa terra de Sumatia, quos ego vobis incartabi. Do vobis ipsas villas vel monasterio ab integro per suis terminis et locis antiquis, sicut eas obtinuerunt parentes nostri vel ego usque nunc, cum omnes abitantes in eas vel qui ad abitandum venerint, extra meos iuniores, ad vestram concurrant ordinationem et in cunctis vestram adimpleant iussionem, per tale foro dummodo illas alias incartationes, quos antea vobis feci, nullo scurro fisci vobis in eas non pretermito quod eorum iannas inquietet nec inmodice. Si quis tamen, quod fieri non credo, contra hunc factum meum violare venerit vel venerim, quomodo dupplet vel dupplem vobis quod sursum resonat vel quantum ad vobis fuerit melioratum, et insuper pariet auri libras quinque et vobis perpetim abituras et unc factum meum plenam obtineat firmitatis roborem evo perenni et secula cuncta. Et pro confirmandum igitur hanc scriptura, accipio de vos una adorra auro texta, que fuit empta in duos mille methtecales de auro. Notum die ipsas idus octubris, era M.ª C. VIIII.ª Adefonsus rex in hanc scriptura donationis manu mea conf. Froilani, Ovetense sedis episcopus, conf. Bernaldus, Palentine sedis episcopus, conf. Pelagius, Legionense sedis episcopus, conf. Petrus, Astoricense sedis episcopus, conf. Gundisalbus, Britoniense sedis episcopus, conf. Fredenandus, abba de sciterio Sancti Facundi, conf. Petrus Gundisalviz conf. Visclamundus arcipresbiter conf. Adefonso Didaz notarius conf. Iohanne Baldemiriz conf. Rudericu Vimaraz conf. Veremudo Ordoniz comes conf. Fernando Fernandiz comes conf. Petro Ansuriz comes conf. Martino Adfonso comes conf. Gundisalbo Adfonso armiger conf. Tello Gutierrez equinomius conf. Vellite Petriz conf. Nunmino Velasquiz conf. Nunmino Didaz conf. Veila Ovequiz conf. Ruderico Ovequiz conf. Fernando Vermudiz conf. Didacu Vimaraz conf. Gutier Telliz conf. Sonna Telliz conf. Vermudo Ovequiz conf. Guttier Adefonso conf. Ruderico Didaz conf. Fernando Didaz conf. Guttier Neptianiz conf. Pelagio Neptianiz conf. Dominico Petriz conf. Eita Vita testis. Dominico testis. Menuni testis. Petro testis. Suario testis. Martino Cresconiz notuit conf.

XVIII

Donación de un solar en la villa de Valdespino, hecha por Armentario Velaz á Rodrigo Miguélez, facultándole para que sirviese con él á quien le hiciera bien.

1073, Enero 16.

Cartulario I del Monasterio de Sahagún, fols. 69 r. y v. Archivo Histórico Nacional.

In nomine Domini. Ego Armentario Velaz, placuit michi propria mea voluntate libero arbitrio et integro sensu, ut facerent tibi Rodrico Michaeliz cartulam donacionis, sicut et facio, de uno solare in villa quam dicunt Valledespino in Oterolo iuxta casa de Iohanne Falleliz, et de secunda parte carrera que discurrit a Sancto Iuliano, et de tertia parte via que discurrit a Valdespino et pergit ubique. Do tibi ipso solare cum tale foro cum quo michi dedit rex Adefonsus. Do tibi eum cum sua eira, cum suo orto, cum suo muratal, cum suos exitus ad vineas ad ecclesia et ubique, do tibi ab omni integritate. Et ad corroborandam cartam istam, accepi de te uno cavallo ruzio centum solidis apreciato que michi bene complacuit, et servias cum illo cuicumque volueris qui tibi bene fecerit. Quod si aliquis homo hoc meum factum infringere voluerit, pariat tibi quod inquietaverit in duplo vel triplo. Et a parte regia IIIes libras auri et hec scriptura servetur firma. Facta carta XVII kalendas februarii, era M. C. XI. Regnante rege Adefonso in Legione. Pelagius episcopus Legionensis conf. Bernardus episcopus Palentinus conf. Petrus episcopus Astoricensis conf. Ego Armentarius hunc scriptum donacionis a me factum conf. Petro Assuriz, Martino Afonso, comites conf. Pro testes, Citi Annaia. Ecta testes. Ranemirus Ruderiquiz humilis vassallus notuit.

XIX

Pleito entre Alfonso VI y los infanzones del valle de Lagneyo y los demás propietarios de aquel término sobre la propiedad de ciertas here-

dades y villas que éstos poseían y que el Rey afirmaba haberlas donado á perpetuidad á la sede de Oviedo.

1075, Marzo 27.

España Sagrada, tomo XXXVIII. Madrid, 1793, ap. 22, págs. 323-25.

Era MCXIII, sexto kalendas aprilis. Notum sit hoc omnibus presentibus et futuris. Orta fuit intentio inter infanzones de Lagneio et omnes ibi hereditatem habentes: Nepocianus Citiz, Sanctius Pelagiz, Garcia Pelagiz, Petrus Pelagiz, Aznar Pelagiz, Petrus Sanxiz, Gutier Sanxiz, Cesavus, Ecta Monniz, Vimara Pelagiz, Petrus Ruderiguiz, Pelagius Cesauviz, Eolalius Froylaz, Iollianus Petriz, Didacus Sanxiz, Ecta Pelagiz, Petrus Citiz, et filios de Amorino, qui fuit ex familia Sancti Salvatoris de Sancta Maria de Riora, Petrus Ammoriniz, Citi Ammoriniz, Petrus Didaz, Sanctius Citiz, Pelagius Ectaz, et Dominum Adefonsum regem filium Fredinandi regis et Sanctie regine, in Asturias in villa Sauto de Arborebona. Dicebant ipsi infanzones et ipsi hereditarii iamdicti, quod ipse hereditates seu ville, quas ipsi possidebant in Lagneio, fuerunt possesse ab avis et parentibus eorum sine ullo tributo regali vel servitio fiscali, et ipsi similiter debebant possidere. Adefonsus autem predictus Rex respondebat illis, dicens: «omnes ville vel hereditates cum suis familiis, que sunt in predicta valle de Lagneio per omnes suos terminos, integre existerunt bissavi mei comitis Sanctii, et post mortem eius possedit illas avus meus Adefonsus rex integras, et ipso defuncto possedit eas filius eius Veremudus rex avunculus meus integras similiter; ipso quidem mortuo, pater meus Fredinandus rex possedit illas ab integro, et post obitum illius frater meus Sancius rex obtinuit illas similiter. Ego vero iam fratre meo defuncto possedi eas integras, et cum predicta valle de Lagneio, sicuti illas integras possedi, Ovetensi Ecclesie perenni iure concessi.» Super hac itaque assertione, voluit prefatus Rex dare unum militem armatum in medio campo uni illorum sibi contradicentium, quem ipsi inter se elegissent, ad discutiendum inter utrosque veritatem. Tunc vero infans donna Urraca ipsius Regis germana et comes Monio Gundisalviz et Petrus Pelagiz, et omnis militia regalis palatii, rogati ab ipsis videlicet infanzonibus et hereditariis de Lagneio, rogaverunt predictum Regem, quatenus iste assertiones non essent discutiende per pugnam, nec per librum iudicum, per quem Rex querebat accipere iudicium, sed per veridicos exquisitores. Tunc Rex misericordia motus placuit exquisitio. Posuit

itaque exquisitorem comitem Monio Gundisalviz, et supradicti infanzones et qui se dicebant esse hereditarii posuerunt suum exquisitorem Ioannem Ordonii, et illi exquisitores invenerunt falsum ex toto illud quod dicebant illos infanzones et qui se dicebant esse hereditarii de Lagneio, et invenerunt in exquisitione verum esse illud quo Rex asserebat, et invenerunt a tempore predicti Sanctii comitis et sui maiorini Didaci Ordonii maioris usque nunc, quod omnes nobiles et infanzones tenentes hereditatem in Lagneio, quas et quantas hereditates aut villas habebant intra terminos de Lagneio, non habebant eas iure hereditario, sed tenebant eas per manum maiorini Regis usufructuario, et persolvebant per unumquemque annum parti Regis calugnias et fosatarias, et qui nolebant istud implere dimitebat hereditatem ex toto, et exiebat de predicta valle. Tunc quando viderunt prefati infanzones et qui se dicebant esse hereditarii de Lagneio se esse convictos in ista exquisitione, fecerunt inter se et Regem hunc placitum subscripto tenore: «Nos omnes infanzones iam superius nominati et omnes habitantes in Lagneio confirmamus et roboramus hunc placitum, quod si nos, aut aliquis ex nostra progenie vel extranea, se dixerit habere aliquam hereditatem in Lagneio iure hereditario, iram omnipotentis Dei incurrat, et a liminibus sancte Dei Ecclesie alienus existat, et quantum inde in calugniam miserit cum decem libras purissimi auri duplicatum Ecclesie Ovetensi persolvat, et regi regnum Legionis tenente tantundem persolvat.» Ego iam dictus rex Adefonsus hanc agnitionem vel textum scripture scribere iussi, et per saionem meum nomine Sancium Donniz omnem predictam vallem cum suis villis et hereditatibus et familiis in iure Ecclesie Sancti Salvatoris et Ariani episcopi tradidi et concessi, manibus meis roboravi (Suscriben los infanzones y los herederos). Petrus Pelaiz comes. Pelagius Pelagi. Rodericus Didaz Castellanus. Rodericus Gundisalvo. Fernandus Flainiz armiger Regis. Didacus Ordoniz. Joannes Ordoniz. Petrus Garciaz. Petrus, Martinus, Ioannes. Munio Gundisalvo comes. Alvazil Sisnandus Calimbricensis. Petrus Maurelliz ichonomus Regis. Rodericus Ordoniz. Garsea Gomez. Petrus Ovequiz. Annaya Petriz. Pelagius Didaz.

XX

Diego Olidiz da á Tructesindo Gutiérrez y á la mujer de éste, Guntrode, la parte que tenía en la iglesia de Santa Marina, de que era copro-

pietario, por falta de dinero para pagar la composición debida por llagas y heridas causadas á los malados de aquellos.

1075, Junio 7.

Portugaliae Monumenta Historica. Diplomata et Chartae, núm. DXXVIII, pág. 324.

In Dei nomine. Ego Didago Olidici in Domino Deo eterna salude, amen. Ideo plaguit mici bone pacis et voluntas, ut damus ad vobis Tructesindo Gutierrici et uxor vestra Guntrode nostra ratione de ecclesia vogabulo Sancta Marina, qui est fundada in Villar de Porcos, subtus mons Faro, in territorio Portugalensis: damus ad vobis illa pro plagas et feridas malas que fecemus ad vestros mallados, et non abuimus unde illas peitare; damus ad vos media VIII^a de illa III^a; abeatis illa firmiter vos et omnis posteritas vestras cum cunctis prestationibus suis que in se obtinet et a prestidum ominis est, et faciatis de illa que volueritis. Siquis tamen quod fieret non creditis, si aliquis omo venerit aut venerimus contra ahnc karta ad inrumpendum, et nos in iudicio devindigare non poduerimus aut noluerimus auctorgare aut vos in voce nostra, que pariemus a parti vestra isto que ad vos inkartamus dublado et quamtum ad vos fuerit meloriato et vos perpetim abituro. Facta kartula firmitatis die erit VII° idus iuni. Era millesima C.XIII^a. Didago Olidici in ahnc karta firmitatis manu mea rovoravi. Ic testes. Gumzalvo testis. Alio Gumzalvo testis. Vermudo prespiter testis. Elias testis. Roderigu testis. Zoleiman prespiter notuit.

XXI

Aldonza Ovequiz dona á Fernando Ovequiz, su mujer Jubilo y los hijos de éstos un solar en Poblaciones, para que la sirviesen mientras viviera, y, muerta ella, fuesen media dia vel qua hora volueris inter casata de Vanimirel, *y, si éstos no les hicieran bien, sirviesen al Monasterio de Sahagún.*

1077, Enero 15.

Cartulario I del Monasterio de Sahagún, fol. 232 v.

Sub nomine Sancte et Individue Trinitatis. Ego Ildonza Ovequiz placuit michi nullius cogentis imperio nec suadentis articulo sed propria mea voluntate, ut facerem tibi Fernando Ovequiz et uxori tua Iubilo vel filiis vestris cartulam de uno solare, que habui de abiis et parentibus meis in villa quam vocitant Populatione, in arroio de Cisneros, cum suo orto et sua eira, cum exitu et introitu, et est determinato, primo termino domna Tegridia, de secunda parte domna Monnia, de III^a parte domna Maria. Do tibi ipso solare pro servitio bono que mihi facis et pro anima mea, et ut servias michi in diebus quibus vixero et post obitum meum medie die vel qua hora volueris inter casata de Vanimirel aut inter casata de Afonso Didaz. Et si isti bene tibi non fecerint, vadas sub Sancto Facundo: et accipio de te Fernando Ovequiz et de uxore tua Iubilo XX^i solidi de argento ad roboracionem huius cartule. Quod si aliquis homo ad disrumpendum hoc meum factum venerit, sit in perpetuum dampnatus a Deo Omnipotenti et cum Iuda proditore luat penas in eterna damnatione. Facta carta donationis XVIII° kalendas februarii, era Mª C.XV. Regnante rege Adefonso in Legione. Pelagius episcopus Legionensis confirmat. Ego Ildonza Ovequiz hac carta donationis a me factam corroboro et signum facio. Petro Ansuriz comes conf. Martino Afonso comes conf. Nunno Monniz conf. Monnio Velasquiz conf. Ansur Escamiz conf. Vellit Citiz conf. Arcadio conf. Citi testis. Belliti testis. Petro testis. Ecce notuit.

XXII

Venta hecha por Fernando Núñez y su mujer María á Álvaro Álvarez y su mujer María de un solar con el mismo «foro» *con que se lo dió á los vendedores doña Munia.*

1084, Abril 30.

Cartulario I del Monasterio de Sahagún, fols. 231 v.-232 v.

In Dei nomine. Ego Fernando Nunniz una cum uxore mea Maria tibi Albaro Alvariz, in Christo salutem. Placuit nobis propria nostra voluntate, ut faceremus tibi Albaro Albariz et uxori tue Marie cartulam vendicionis de uno solare que est in villa quam vocitant Patrezellos iuxta rivulo de Cisneros. Vendimus tibi ipso solare cum sua eira et cum

suo orto, cum suos exitus et regressus intus et foris, cum tale foro cum quale ad me illud dedit domna Munnia; que pergas cum eo media die et media hora inter casata de Vanimirel ad quale tibi melius fecerit, sedente in ipso solare, et accepimus de te in precio X^m solidos de argento, que nobis bene complacuit, ita ut de isto die ipso solare in vestro iure permaneat. Quod si aliquis homo de gens mea vel de extranea hoc factum nostrum quesierit frangere extra potestas regia de alia persona, que ego Fernando Nunniz aut filios meos auctorizamus et defendamus; quod si non valuerimus aut noluerimus, quomodo pariamus tibi Albaro quantum perdideris in ipso solare et XX^i solidi de argento et scriptura maneat firma. Facta carta vendicionis IIe kalendas maii, era MC.XX.II. Ego Fernando Nunniz et uxor mea Maria hanc cartam vendicionis tibi Albaro et uxori tue Marie confirmamus atque roboramus. Regnante rege Adefonso in Legione conf. Bernardus, episcopus Palentinus, conf. Pelagius, episcopus Legionensis, conf. Petro Ansuriz comes conf. Martino Afonso comes conf. Citi testes. Belliti testes. Petro testes. Pelagius qui notuit.

XXIII

El conde Gómez dona un hombre llamado Andrés, con todos los bienes que éste poseía y que adquiriese en lo sucesivo, al Monasterio de San Salvador de Oña.

1084, Agosto 13.

Documento particular del Monasterio de San Salvador de Oña, núm 25. Copia en pergamino de fines del siglo XIII. Archivo Histórico Nacional.

Sub Christi nomine et eius imperio, amen. Ego comes Gomiçius ingredinem peccatorun protimescendo et regnum celorun desiderando, dum intra memet cogitarem quanta sunt gaudia in celis et quanta sperant cruciamenta miseros in tormentis, dum tempus habeo dum mors expectat, volo helemosinis redimere peccata mea in terris, et do atque spontanea voluntate concedo Sancto Salvatori Honie et Sancte Marie Virginis et Sancti Michaelis Archangeli et aliorum santorum ibi quiescencium in perpetuum illam meam sernam quam habeo in Solas, que est supra viam que discurrit ad rivum Luçetum et ascendit usque a las Penniellas cum tota planiçie, et de alia parte desursum

usque ad viam que discurrit de Lençes ad Rogias. Et etiam do vobis in villa supradicta unum hominem nomine Andres cum suo proprio solare et cum tota sua radiçe cum suos exitus et regressus et cum omnibus que habet vel augmentare potuerit: tam ipse quam et aliī qui in illo solare ei successerint serviant Sancto Salvatori in perpetuum. Si quis vero de progenie mea vel aliena hoc meum datum perturbaverit, sit maledictus et cum Datan et Abiron descendat in inferno inferiori et a parte regis terre CCC libras auri cocti persolvat et pariat duplatum quod acceperit et hoc meum datum firmum sit. Facta carta concessionis notum diem idus augusti, era M. C. XXII. Regnante domino nostro Ihesu Christo et sub eius imperio Adefonsus rex in Castella et aliis locis. Et ego comes Gomicius dominans in Viesgo et Asturias atque Mera hanc cartam legentem audivi et manu mea signum feci et testes subscribi feci. Alvarus Petri testis. Fortunius Alvari testis. Gonsalus Funii testis. Enneco Ortiç testis. Salita Annaia testis. Semeno Fuertes testis. Galindus Lupi testis. Lupus de Triçio testis. Munius Salita minor testis. Annaia Fuertes testis. Gomicii Comitis.

XXIV

Juicio en que fué condenado Martino Citiz á pagar 500 sueldos al abad de Santa María del Puerto por haber herido en presencia de éste y varios infanzones á Pelayo Muñoz, vasallo del abad.

1090, Julio 21.

Cartulario de Santa María del Puerto (siglos XI-XIII), fols. 12 v.-13 r. Archivo Histórico Nacional.

In era MCXXVIII notum die infra XII kalendas agustas. Ego denique abba Martinus stantem in concilio in Sancto Petro, quod vocitant de Carzia, cum infancones transmeranos, id est Rodrico Adfonso, Antolino Salvatoriz, Rodrico Rebequez, Romano Rallistarez, Gutier Lopiz, Nunno Feles, Gonsalvo Sarrazinez vel cum aliis multis, sic venit Martino Citiz cum superbia et ferio a meo basallo Pelagio Monnioz ante me vel ante istos viros idoneos. Et pro talem contumeliam, statuimus inter nos diem placitum, ut benisemus ante iudices et hoc

quod illos iudicassent faceret ipse Martino Citiz. Et sic venimus ante ipsos iudices prenominatos Rodrico Monnioz et Gutierre Monnioz filios Munnio Gonsalvizi comitis, et ad vocem petitionis mee iudicaberunt, ut quingentos solidos pariasset michi ipse Martino Citiz pro illa calonia de meo basallo Pelagio Monnioz. Deinde cognobit se post iudicium et levabit de illa calonia duoscentos quinquaginta solidos de manegga ipse Martino Citiz; et Rodrico Monnioz levabit de illa calonia similiter alios duocentos quinquaginta solidos de manegga appartes de michi abbati Martino vel de fratres qui in Sancta Maria de Portum avitaberint. Et est de ista manegga fidiatore Didaco Gonsalbiz de Anero. Et ego Martino Citiz de Eskalante, qui ista scriptura vel fidiatura fieri iussi, legente audibi et de manu mea roborabi coram testes. Gonsalvo Monnioz de Porres, qui audibi et de manu mea roborabi. Et ego Fredinando Alvariz, qui audibi et de manu mea roborabi, et ego Ihoan Annalaz presbiter et Petrus presbiter in hoc testes sumus et de manibus nostras roborabimus.

XXV

Alfonso VI establece el procedimiento que habia de seguirse en las causas entre judios y cristianos, é impone un tributo extraordinario á los infanzones y villanos de tierra de León.

1091, Marzo 31.

España Sagrada, tomo XXXV. Madrid, 1786, ap. I, págs. 411-414.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Patris [et Filii] videlicet Spiritus Sancti, qui est unus et verus trinus in personis idemque in essentia regnantis in secula seculorum. Ego Adefonsus totius Hispanie imperator vobis serenissimo pontifici Legionensis ecclesie nomine Petro etiam et vobis honorabili comiti Martino Flainiz seu etiam omnibus maioribus atque minoribus commorantibus in tota terra de Legione, in Christo salutem. Placuit namque magnitudini glorie mee, ut vobis omnibus supranominatis tam maioribus natu quam etiam et omnibus villanis facerem textum scripture firmitatis, sicut et facio, atque per actum confirmo, ut amplius in nullo tempore non firmet

nullus iudeus super nullum christianum pro nulla causa. Sed si fuerit exquisitum per certa exquisitione de illos maiores de illa terra aut de ipsis melioribus de Schola Regis vel de Legionensi episcopo aut de Astoricensi sive de illo abbate Sancti Facundi aut per bastonarios equales, ut talis sedeat ipse de illo iudeo qualis et ipse qui ei dederit ille christianus: et si ipse christianus homo per se quesierit litem illam facere, alium similem ei reddat ille iudeus, ut equales sedeant. Nunc vero pro plagas aut pro feridas malas quas fecerit christianus iudeo vel si eum occiderit, et habuerint inter se exquisitionem de illos meliores commorantes in ipsa terra, stent in ipsa exquisitione sicut illi meliores exquisierint, et si non potuerint habere ipsam exquisitionem de illos meliores homines, litiat ipse christianus cum suo bastonario de illos iudeos, qui talis sedeat sicut et ille: et si ipse christianus per se non quesierit litiare, mittat suum bastonarium pro se et illi iudei alium similem reddant de sua parte, sicut et ille qui dederit christianus pro se, et tamen si fuerit suus bastonarius de illo iudeo venzutus per ipsam calumniam quam demandaverit ad ipse christiano, pariat sueldos L ad partem Regis et alios L illi cui demandaverit ipsam calumniam. Si autem ipse christianus aut bastonarius illius fuerit venzutus in ipsa vice pro ipsa voce, pariat totam calumniam ad partem Regis. Quod si aliqua compositio evenerit inter iudeum et christianum tam in vinea quam in agro seu in via vel in mercato aut in domo, et primiter in ipsa contemptione, que inter se habuerint, ipse iudeus fecerit feritam ad ille christiano atque postea ille christianus percuserit eum iudeum, in hoc non habet ullam calumniam nisi tantum si dixerit ipse iudeus ad illum christianum: «quia tu me percusisti et ego non te», et ipse christianus dixerit: «tu me prius percusisti antequam ego te», et non se advenerint inter se, litiat ille christianus cum suo bastonario de illo iudeo, aut si per se non quesierit litiare ille christianus, mittat bastonarium pro se et ille iudeus alterum similem illius, ut equales sint, sicut supra dictum est. Etiam et hoc propono, ut si quis ab hodierno die, quo hec carta fuit confirmata, iudeus dixerit ad aliquem christianum, quod contra eum habeat aliquod debitum cum pignore aut sine illo, et ipse iudeus habuerit testimonias de illos maiores de illa terra aut de ipsis qui superius scripti sunt, et dixerint quod verum dicat ille iudeus, reddat ei ille christianus ipsum debitum, sicut ipsi dixerint quod directum erit de illo iudeo, absque iura, que nullus illorum non iuret. Quod si aliquam testimoniam habere non potuerit ille iudeus pro ipsum debitum quem

demandaverit, iuret ille christianus quod nullam causam ille debeat et sit solutus de illo. Et si ipse christianus iurare minime quesierit, iuret ille iudeus quantum habet contra eum et reddat illi ipse christianus omne debitum quod contra eum habuerit. Si quis vero christianus demandaverit alicui iudeo debitum, et ipsas suprascriptas testimonias dixerint quod vere habeat ille christianus debitum contra ipsum iudeum, reddat ei ipse iudeus que illi debuerit sine ulla iura: quod si testimonias habere non potuerit, iuret ille iudeus quod nullam causam ei debeat et magis non requirat illi quicquam: et si ipse iudeus iurare non quesierit, iuret ille christianus quantum habeat contra eum et ipse reddat ei que illi debuerit. Omnia que superius scripta sunt vobis confirmo, ut firmiter maneant roborata evo perenni et secula cuncta. Hoc autem feci cum consensu vestre voluntatis, sicut vobis bene complacuit, ut reddatis mihi de unaquaque corte populata tam de infanzones quam etiam de villanos duos solidos in isto anno una vice, et amplius non demandent eos vobis altera vice, et qui mihi eos contendere quesierit aprehendant de eos suos pignores, et hoc interpono, ut quamquam illa lite de illos Almurabites sit, ut nemo vestrum veniat mihi petere ipsum debitum, quia certe non dimittam ei. Quod si casu eveniente, quod fieri minime credo, ego aut aliquis ex propinquis meis vel etiam de extraneis hoc factum meum irrumpere quesiero vel quesierit, quisquis fuerit anathematizatus in hoc seculo permaneat atque cum Iuda in inferno parili lugeat pena, et hoc factum meum maneat firmum in secula seculorum. Facta kartula confirmationis II kalendarum aprilis concurrente era M. C. XX. VIIII. Ego Adefonsus gratia Dei imperator hoc factum meum quod facere elegi libenter confirmo. Ego vero Constantia regina hoc quod dominus meus fecit et ego confirmo. Ego Urraca Fredenandi regis filia similiter confirmo. Et ego Geloira prolis Fredenandi regis confirmo. Bernaldus Toletane Sedis archiepiscopus conf. Raymundus Palentine Sedis episcopus conf. Petrus Nagarensis episcopus conf. Asmundus Astoricensis episcopus conf. Gomez Aukensis episcopus conf. Garcia Ordoniz comes conf. Petrus Ansuriz comes conf. Fredenandus Didaz comes conf. Petrus Gundisalviz armiger Regis conf. Muninus Velasquiz conf. Didacus Pelaiz conf. Sonna Munizi conf. Pelagius Vellitiz conf. Ermegildus Roderiquiz economus domni Regis conf. Munius Didaz conf. Menindus Petriz conf. Didacus Citizi conf. Isidorus Vellitiz conf. Rapinatus Didaz conf. Didacus Didaz conf. Didacus Domeniquiz conf. Gundisalvus Didaz conf. Citi Didaz

conf. Citi Gundisalvus conf. Dominicus Armentariz conf. Dominicus Muniniz conf. Fredenandus Salvatoriz conf. Pasqual Stephanus Citi testes. Didacus Froila testes. Servandus Astrariz clericus Regis, qui notavit.

XXVI

Pleito del abad Diego y los monjes de Sahagún con los hombres de Villavicencio ante Alfonso VI, fallado contra estos últimos, y convenio entre ambas partes, que fué su consecuencia.

1091, Agosto 5.

Cartulario I del Monasterio de Sahagún, fols. 159 r. y v.
Bonilla, *Anales de la literatura española.* Madrid, 1904, págs. 115-118.

Orta fuit contemptio inter abbate et seniores de Domnis Sanctis, videlicet Diacus abbas, contra homines de Villa Vincenti in era M. C. XXVIIII et quod nonas agusti. Surrexit comes Martinus prolis Flainiz in voce de homines iam supradictos contra abbatem supra taxatum in assercione et contemptione ante regem dominum Adefonsum in castro Froila unde devenerunt ad iudicium, et iudicavit rex ut dedissent iuramentum duos scilicet homines cum suo testamento et iurassent ipsa villa ab omni integritate post partem Sancti Facundi. Et venit senior de claustra Gunzaldus nomine cum suos homines ad definitum diem, ut iurassent in ecclesia Sancti Martini nominata, et illi contrarii similiter venerunt. Contenderunt a mane usque a solis occasu, et iam tenebrescente nocte cognoverunt se illi homines quod menciebant et noluerunt recipere iuramentum. In altero die venerunt illi homines ad pedes domini Diaci abbatis misericordiam postulantes, ut non extraniasset illos de illa villa, et ille pietate motus iussit eos ibidem habitare et posuit eis foro cum quo vivant et cum quo serviant abbati Sancti Facundi cunctis diebus tam illi quam filiis et filiabus suis. Siquis vero ab hodierno die postquam hec scriptura facta est ex illis hominibus voluerit ire ad alium locum cum omni hereditate sua, que nunc habet, pergat medio die quocumque voluerit extra solares et ortos et ferreines et areas. Et si de hodie die aliquid comparaverint planctaverint seu ganaverint, medietate dimittant in solare, et cum medietate pergant ubicumque voluerit usque in nonum diem. Et ad laborem

domni sui ponant XII dies in omni anno. De mannaria quippe medietate ad Sanctum Facundum, medietatem vero ad suas gentes. De nuntio autem, filius de ipso homine qui mortuos fuerit habeat eum quanto tempore fuerit de Sancto Facundo, et si ad alium domnum ire voluerit, tornet ipsum nuntium ad domnum abbatem. Homicidium si quis fecerit pariat C. solidos. Stuprum autem si contigerit, nichil pariat. In fossato non pergant. Siquis tamen hanc scripturam, quam inter nos fecimus infringere voluerit, ex qua parte fuerit confractam, pariat D^os solidos de argento. Diacus abbas in hanc scripturam roborem inieci ✠ Nos omnes homines de Villa Vincenti in hanc cartulam quam fieri postulavimus manus nostra. Regnante Adefonso rege una cum Constantia regina in Toleto et in Legione et in Castella. Et ut confortarentur corda ipsorum hominum et habitarent securi in villa illa, iussi ego Diacus abbas pro confertatione dare illis qui indigebant hoc quod modo legitur adiutorium: ad Vela, qui erat cecus, X solidos de argento; a Michael cum sua matre alios X; ad Antonino et a sua matre uno potro; a Beato alio potro. Antoninus conf. Michael conf. Martinus conf. Vela conf. Citi testes. Annaia testes. Belliti testes. Martinus qui notuit.

XXVII

Pleito entre el obispo de León, Pedro, y varios infanzones sobre la propiedad de ciertas heredades, villas y hombres, ventilado ante el rey Alfonso VI, y terminado por un convenio entre las partes contendientes.

1093, Diciembre 2.

España Sagrada, tomo XXXVI, Madrid, 1787, ap. XXXVII, págs. 81-84.

Trine Deus celse, celi Pater auctor honeste, Xriste Dei filii, qui continens omnia mundi, Spiritus et simplex radians per secula, triplex hoc est vocabulum Deitatis sub quo permanet indivisa trinitas, perfecta unitas, singularis maiestas, regnans nunc et per infinita seculorum secula. Sub ipsius auctoritate, facimus agnitionem cuiusdam intentionis, que orta fuit inter episcopum Legionense Sedis alme Dei genitricis Marie, qui et ipse a Christo, qui angularis lapis est firmissimum, Petrus vocatur, et inter milites non infimis parentibus ortos

sed nobiles genere, necnon et potestate, qui vulgari lingua infanzones dicuntur, scilicet Aloitus Petriz, et filiis qui sunt generati a Trasmiro Fortes, Alvarus Ciprianiz, Ruderigus Ciprianiz et Dominicus Ciprianiz, scilicet et Azenar Ciprianiz, Adefonsus Menendiz et consanguineis suis, Martinus Citiz de Villa Alvura, item Martinus Citiz de Villa Sicca, Ciprianus Vellitiz cum supprinis et consanguineis suis, super hereditates, villas et homines que habentur super alveo aque que vocatur Vernisga. Permanent vero ipse hereditates et ville et homines de quibus contentionem facimus a locis predestinatis, scilicet de villa que vocatur Cascantes usque ad viam discurrentem de civitate Astorica ad urbem Legionensis, dicuntur et illud inter Calzata. Fundos, loca, rura, villas, hereditates super notatas Ordonius rex nobilis, voluntate et humilitate nobilior, posuit et testatum fuit pro mole criminum et onere culparum, necnon et pro remedio ipsius anime et parentum, et apud Ecclesiam Sancte Dei genitricis Marie ipso in intervallo usque ad tempus regis domni Adefonsi potentis filii nobilissimi imperatoris Fredenandi. Introierunt in hereditatibus ipsis desuper libatis avi et parentes istorum militum, super quos facta est ista karta agnitionis et separatio hereditatum, villarum, hominum que Dei matris Ecclesie pertinent. In ipsius Regis tempore, scilicet, Adefonsi incliti principis, Petrus Dei gratia episcopus superius nominatus surrexit, et milites illos, qui hereditates possidebant iniuste, advocavit, ut dimitterent illud quod nefarium erat eis retinere, dicens: «sibi turpe est enim et valde inhoneste, ut hereditas que a parte Regis Sancte Dei Ecclesie fuit dicata a forastitis potestatibus sit de iuri nostro separata.» Tunc et ipsi milites firmissime et tam firmissimo certamine adversus Episcopum omnes una voce dixerunt: «Audi, Pater et Domine, avi, avunculi et parentes nostri in temporibus plurimorum regum et pontificum super hereditates istas et villas et homines possessionem obtinuerunt; tu autem quomodo queris? non enim dimittetur á nobis quod tenemus nisi iudicio et imperio Regis.» Postquam vero Pontifex audivit verba illorum ferocia et firmissima, licet durissima, in arbitrio Regis et iudicio totum quod inter illos erat iudicavit adesse, et illico apud Regem de eorum inquietudine querimoniam fecit, nam et ipse Rex corde tenus sciebat illos iniuste hereditates eas tenere. Ideoque, quia Rex veritatem inquisivit, dedit domno Pontifici portarium sui palatii, qui vocatur Petrus, ut acciperet et in potestate Presulis mitteret totum illud quod Dei Ecclesia neglegenter, et violentia militum, amiserat, quod et ita factum est. Post-

quam vero ipsi milites Regis legatum viderunt omnia accipientem et in manibus Pontificis mittentem, coadunati sunt omnes venientes ante Presulem, ut cum eo coram Rege dimicarent. Tunc Pontifex ipsis presentibus ante faciem Regis, ut iudicium ab eo acciperet, libenti animo ambulavit. Rex audiens militum voces et Pontificis, iudicavit dari ad confirmationem iusiurandi tres clericos de domo Beate Marie propter ipsas hereditates quas Pontifex inquirebat. Videntes autem milites, dixerunt ad invicem inter se: «Quid nobis prodest, si iusiurandum acceperimus? melius est ut misericordiam Episcopi petamus.» Ita et fecerunt. Nunc autem Pontifex et ipsi milites, quia cognoverunt semetipsos false et temere Dei hereditates retinuisse, fecerunt inter se hanc scripturam firmamenti et agnitionem testamenti, quidquid Presul firmiter possideat et ipsi milites quid per misericordiam Pontificis retinere debeant, scilicet, post partem Beate Marie, Valsetimana integra extra I corte de Velasco Dulcidiz cum sua hereditate; illa Cotra integra extra II cortes, una de Sesgudo et alia de Citi Guiminiz; Quadrus ab integro extra corte de Cipriano Vellitiz et alia de Roderigo Xaviz; Llamella integra extra II solares de Rege; Villa Alvura integra extra I corte de Martino Citiz; Roboredo ab integro; Borreeos ab integro foras I corte de Rege, qui fuit de Salvator Corporel; in Campo cortes has nominatas cum suis hereditatibus, id est, corte de Petro Michaeliz, corte de Stephano Citiz, corte de Ioanne Vellitiz, corte de Martino Vegitiz, corte de Amavita, corte de Gotina Beatiz et de suis filiis, corte de Xemeno Domenquiz, corte de Salvator Ioannes, corte de Ioanne Citiz, corte de Ioanne Michaeliz, corte de Citi Partemiz, corte de Gotino Bretiz; et post istud quantum potuerint populare post partem Beate Marie populent: Geronzana sub Castrello integra extra una corte de Flaino Fernandiz; Castrello ab integro; Mata ab integro; Marin ab integro extra una corte de Rege, qui fuit de Osorio Quamdilaz; Valdenenfidio ab integro; Carvalliar ab integro extra una corte de Rege, qui fuit de Mudarraphe; Arabius ab integro; Sancta Eolalia ab integro; Sautello ab integro; Villavalter ab integro; Sancti Michael ab integro; Veiga ab integro extra VI cortes de Trasmiro Fortes; Sancti Andree ab integro extra duos solares de Rege, et alio de Pelagio Pelaiz, et alio de Arias Ectaz; Ferral et Carregoso ab integro extra duos solares de Rege; Tripalio ab integro. Hereditates vero, terras, vineas, pratos, montes, fontes, aquas molinarias, quas in pristinis temporibus usque ad presens tempus emerunt, aut vi rapuerunt

ab hominibus Beate Marie, reddant, et illud pretium quod dederunt accipiant sive ab ipso sive a filiis eius qui vendidit, sive a ceteris hominibus Beate Marie Sedis, et amodo usque in sempiternum, nec comparentur nec in pretio alicuius debiti a parte ipsorum militum vel eorum hominum accipiantur. Et homines ipsius Pontificis non recipiantur in hereditatibus illorum militum, exceptis iuvenibus pueris et virginibus excursis: si parentes excursorum mortui fuerint, revertantur excussi ad domos parentum; si autem reverti noluerint, eiiciantur foras de hereditatibus militum et Episcopus recipiat hereditates parentum. Nos vero desuper nominati super hoc factum facimus pactum et confirmamus vobis, quod si aliquis ex nobis aut ex progenie vel consanguinitate nostre hoc factum firmamenti, quod inter nos posuimus, adversum vos vel successores vestros insurrexerimus vel surrexerint, ut confringatur, et sine emendatione perseveraverit, quisquis ille fuerit, qui talia comisserit, pariat vobis vel successoribus vestris quincenti solidos argenti, et firmissimam permaneat hec series testamenti evo perenni et secula cuncta. Amen. Facta scriptura quarto nonas decembris, era MCXXXI. Ecce nos desuper nominatos milites in hanc scripturam manus nostras roboramus et confirmamus. Adefonsus rex et imperator totius Hispanie conf. Urracha soror ipsius Regis conf. Gelvira germana illius conf. Martinus Flainiz comes conf. Pelagius Vellitiz miles conf. Pelagius Ectaz conf. Garcia Falconiz conf. Adefonsus Didaz conf. Nunus Domeniquiz. Petrus Domeniquiz conf. Munio Xamiz conf. Martinus Iustiz conf. Martinus testis. Ioannes testis. Pelagius testis. Citi testis. Aloitus testis. Lucius Sesnandiz et clericus.

XXVIII

Genealogia de los siervos sarracenos que poseia el Monasterio de Sobrado hacia fines del siglo XI.

Cartulario del Monasterio de Sobrado, fol. 50 r.-51 r.
Godoy Alcántara, *Ensayo histórico etimológico filológico sobre el origen de los apellidos castellanos.* Madrid, 1871, págs. 244-248.

Genealogia sarracenorum Sancte Maria Superaddi. Frater Pelagius Ribeira duxit de Portugalia Ali petrarium; et ipse maurus habuit uxo-

rem nomine Zamoranam, et genuerunt filios et filias. Marinam Suarit et Petrum Gil et Thomam et Iohannem Gateira. Et iste Iohannes natus est de alio mauro nomine Mafumate, quem duxerat frater Pelagius de hospicio. De Marina Suarii et de Adan natus est Petrus Adan ferarius. De alio marito Iohanne Petri dictus Galafri, qui fuit filius de Mafumate, quem duxit abbas Martinus, furnario, natus est Iohannes Iohannis et Fernandus Iohannis et ambo ferrarii: de alio homine habuit unam filiam, quam vocavit Mariam, de ganantia. De Petro Gil pelitario natus est Iohannes Petri ferrarius et Ouxuana, uxor de Iohanne Gateira. De Thoma pelitario nata est Maria Thomas, uxor de Dominico teixilano. De Iohanne Gateira pelitario nata est Marina Iohannis dicta Gateira et alia filia nomine Miragla. Thomas ante quam baptizaretur vocabatur Gali et Petrus Gil Papum et Iohannes Gateira Mofarichi. Ista est generatio de Ali petrario et de uxore sua Zamorana. Frater Menendus Velasquit emit Ali Muogu textor, qui postea dictus est Laurentius in baptismo; de isto et de uxore sua Stephania natus est Iohannes Laurentii textor et Vitalis Laurentii textor et Lupa. De Iohanne Laurentii et de uxore sua Maria Martini, filia de Bofada, natus est Micahel et alius parvulus. De Vitale et de uxore eius Maria Petri, filia de Petro Nigro de Faro, qui fuit filius de Mafumate, natus est Iohannes Amorosu et alia filia parvula. De Lupa et de marito suo Laurentio nate sunt tres filie, et de Matheo nati sunt duo filii Iohannes et alia parvula. De Mafumat, quem duxit abbas Martinus secum, natus est Petrus Petri de Faro dictus Nigrus et vocabatur antea babtismum Oleias et Iohannes Petri Feira, qui vocabatur Galafre, et Mateus, qui dicebatur Zaquti. De Petro Nigro de Faro natus est Petrus Petri de Faro et Maria Petri, uxor de Vitale. De Iohanne ferrario et de Marina Suarit quos superius diximus. De Matheo quem superius diximus. Ista est casada de Mafumati furnario. Dominus Didacus Velasquit duxit Pedruchi petrarium et iste genuit Martinum Porra, qui ante babtismum vocabatur Lupi, et fuit filius de una muliere que vocabatur Cornadessa. Iste Martinus Porra habuit uxorem galegam de ingenuo genere et genuit ex ea Mariam Martini et Petrum et Iohannem et aliam parvulam, Frater Menendus Velasquit duxit Ciprianus Dente, qui post baptismum ita dictus est, et habuit uxorem nomine Maiorem, sic post babtismum vocatam, et genuit Onegam Cipriani et Mariam Cipriani, Mariolam cognomento. De Maria Martini Cipriani natus est Iohannes teixilanus et Maria Petri, uxor Petri Ioannis furnarius de Reparade, et Orracha Petri, uxor de Martino de Seria galego. Frater Menendus Velasquit emit Ali Gurdu in villa de Touru et iste Ali habuit uxorem nomine Fátima Regannada, et ambo pagani mortui sunt; habuerunt tamen unam filiam nomine Hobonam, que post babtismum vocata est Maria Iohannis, et unum filium, cui inposuerunt in babtismo nomen Michael. Hobona habuit maritum nomine Valentiam, qui in babtismo Martinus Pelagii vocatus est, et habuerunt duos filios et unam filiam, Dominicus Martini teixilanus et Maria Martini et Iohanninus Martini. Dominicus habuit uxorem filiam de Thomas et genuit unam filiam, Maria Dona, uxor de Iohanne Fernandit carpentarii. Iohannes Fernandus carpentarius, iermanus de Martino Porra, fuit filius de Pedruchi et de Axilina, qui in babtismo Mariam Petri vocata est. Et istaMaria Petri habuit unam filiam nomine Maria Iohannis filiam de Iohanne Palunbo petrario galego. Bofada et uxor sua Zeina fuerunt de patre donni Petri Vele et dederunt illos fratribus Superaddi sui filii de domno Vela et Velascus Fernandi de Portugal. Iste Bofada genuit tres filios Elvira Arie et Martam Martini et Laurentium. De Elvira et de Martino vitrario natus est Iohannes de Deus et Petrus de Belu et Iordanus. De alio homine nomine Iohanne Calvo carpentario galego nati sunt duo filii. De Maria Martini natus est Fernandus et Michahel et Petrus Dunzel. De Laurentio nate sunt tres filie Amorosa et Maria et alia. De Petro Ordonii nata est Maria Ordonii, et isto Petro Ordonii dederunt cartam ingenuitatis, sed non filie, De Maria Ordonii natus est Fernandus Munit filius de Munione Argeiru galegu. De Fernando Nigro, qui prius vocatus est Mafumate, natus est Martinus Fernandi et Elvira Fernandi. De Elvira Fernandi natus est Petrus de Meira, filius de patre galego. De Martino Fernandi et de una muliere de Regaria et galega natus est unus puer parvulus. De Mafumate texilano, qui in babtismo vocatus est Martinus Menendi, quique et postea conversus factus est, nata est Marina Broca. De ista Marina nata est Maria Petri, filia de uno homine galegu, et alia filia de Iohanne Galafre ferrario, et alia filia de alio patre galegu, et vocatur ipsa filia Zebula. Iohannes Zada (c)arpentarius venit de Portugalia et habuit unum filium de muliere galega, et vocatur Petrus Maurus. Petrus Lufas sutor fuit filius de Orracha vetula et genuit Iohannem Petri sutorem et Martinum et Michahelem et Mariam Petri. Isti fuerunt filii de supradicto Petro Lufas et de matre galega. De Hahanxi et de Zeina natus est Guilelmus Arias. De Gilelmo Arias et de una galega nata est Serra et Iohannes Guilelmi et Petrus Guilelmi.

XXIX

Fuero concedido á los habitantes de Fresnillo por el conde García Ordóñez y su mujer Urraca.

1104, Febrero 1.

Documento particular del Monasterio de Santa María de Fresnillo, núm. 1. Copia del siglo XIII, en pergamino. Archivo Histórico Nacional.

In nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus sancti, amen; qui simul olim terra creavit et mirabiliter ad immaginem suam homo plasmavit et misericorditer incarnatus voluntarie crucem subiit et proprio cruore fadit et ad inferos descendens triunphator de oste a mortuis resurrexit, et homo quem hostis anticus captivos tenebat secum ab inferis traxit in pristina gaudia adtulit, demunque celos ascendens sedet ad dextris Dei, unde est venturus iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem, amen. In ipsius ergo nomine et honore, ego comite domno Garsia Ordonez et una coniuge mea commetissa domna Urraca facimus pagina testamenti ad vos omnes populantes in civitate que vocitant Fresnello de foro bono et obtimo propter timorem Dei et amorem et pro remedio animabus nostris. Sic donamus vobis talem foro:

1. In primis non abeatis maneria, nisi ut hereditetis vos unos ab alios usque ad VII generacione, et qui ex vobis non abuerit liberos aut propinquos sive gente, ponant suos vicinos causam suam pro anima eius ubi corpus suum iacuerit vel ubi ei meliorem placuerit.

2. Et quando fuerit fossato de rege, vadan de vobis tercia pars de illos cavalleros in fossato. Pedones vero nullum fossato non abeant. Et si illa tercia pars de cavalleros mencierit illo fossato, quomodo petent III. III. carneros valente unumquisque singulos solidos.

3. De illas calumpnias qui vobis contingerint, ut pectatis octavo de domnos de casa. A palacio de mancipiis et de vestris filiis et de tornaticiis, ipsas calumpnias que contingerint sic de omicidio quomodo de alias causas, ut accipiant domnos de casa illo pecto, id est octavo.

4. De furto vero, a domno de ganado reddat a noveno capud et X solidos a palacio.

5. De tradicione, a summo CCC solidos ad seniore.

6. Et si aliquis homo ex vobis unus super vos se levaverit, ille qui multum potuerit ad illo qui tantum non potuerit, ita ut eum feriat tantum ut veniat band[u]s super bandus, et abuerit illi quinque hominis, qui obtime testificent veritatem unde se levaverit illa supervia vel illa culpa, quomodo pectent sexaginta solidos, medio a palacio, medio ad civitatem.

7. De montatico autem, medio a palacio, medio ad civitatem.

8. Et si aliquis homo ex vobis fecerit domos vel aut terras laboravit vel plantaverit vineas aut ortos pro hereditate et voluerit se ire ad alia terra, moret uno anno cum muliere et suos filios et faciant in sua casa fumo et qui non abet mulier faciat; et postea sic vendat illa sua hereditate et suos domos ad homines de Fresnello et suis villis. Et si tantum ei venerit causa ut non possit omnia sua vendere remaneat q... (1).

9. Et si quis homo omicidio contingerit et fugierit ad Fresno, quomodo non timeat in suo termino nulla causa. Et si transierit iusta illi alio omicidiero, qui primus de illa civitate invenire eum, occidat illum.

10. Et si aliquis homo ex vobis suum iudicium in Fresno potuerit abere, et exierit inde et penniorare et postea quesierit venire retro, quomodo perdat illum iudicium et duplet illa pennora et pectet sexsaginta solidos ad illos vicinos et postea abitet cum illis.

11. Et si aliquis abuerit filiam ex vobis, evenerit aliquis homo qui illa faciat forcia, illa non querendo, quomodo pectet CCC solidos et exseat homiciero.

12. Et ut vos ipsos homines de Fresno ponatis vestro iudice et vestro saione per foro.

13. Et non intretis in temptacione nec particione, sed abeatis benefectria cum vestras causas ad filiis nostris vel neptis seu ad qualem vobis placuerit aut meliore fecerit, ut ipsi serviatis.

14. Et si aliquis ex vobis tenuerit cavallo vel lorica aut adtondo de suo seniore et venerit suo transitu, quomodo tornent illo prestamo suos filios et non demandet illo seniore ad sua mulier et suos filios altero nuncio.

15. Et non intret super vos et ne infra terminos vestros seione de rege per nulla calumpnia, non pro homicidio, non pro furto, non pro

(1) Falta un trozo, al parecer de tres renglones.

fornicio, non per fossadera, non per annubda, non per annalia, nec degano de episcopo non intret in vestris hereditatibus per aliquam calumpniam, sed omnino sitis liberi et ingenuit ab omni integritate.

Facta carta pagina testamenti sub die V^ta feria kalendas februarii, era millesima. C. quadraginta. II. currente. Regnante rex Aldefonso in Toleto et in Leone et in Castella et in regnis suis. Comite domno Garsia in Nazara et archepiscopus Bernardus in Toleto sedis. Remondus episcopus in Palentine sedis. Gomessanus episcopus in Burgos. Et ego comito domno Garsia Ordonez et cometissa domna Urraca, qui hanc paginam fieri iussimus, manibus propriis roboramus et confirmamus, et iuramus istum nostrum factum per Deum et divina omnia que sunt sancta. Quod si aliquis ex nobis aut filiis nostris vel neptis aut aliquis ex consanguinibus nostris seu aliquis homo ex parte imperatoris aut rex aut pontiphex sivi comes vel potestas aut quislibet homo istum nostrum factum disrumpere conaverit vel turbare voluerit, in primis cum Iudas Scarioht in infernum abitet per secula seculorum, amen. Et adhuc vivens in corpore duobus luminibus careat ad fronte et proibeatur a sancta communione et post discessum non sepelietur corpus eius cum ceteris nec spiritus eius societur cum electis, sed cum Datan et Abiron et Sodoma et Gomorra sit pars eius in eterna dampnacione, inferantque ad pars inperii X. libras aureas, et istam paginam in cunctis roborem firmiter obtineat, amen. Et ego comite domno Garsia Ordonez et uxor mea cometissa domna Urraca, qui hanc pagina fiere iussimus, et legente audivimus et manibus propriis signis inpinximus et coram testibus roboramus. Iohannes scripsit.

XXX

La reina Urraca confirma á los habitantes de León y de Carrión los fueros que tuvieron en tiempo de Alfonso V y les concede varias exenciones.

1109, Septiembre 29.

Risco, *Historia de León*, Madrid, 1792, ap. IV, págs. 398-399.

In Dei nomine. Ego regina domna Urraca Adefonsi et Constantia regina prolis, non coacta sed spontanea voluntate et pro redemptione

animarum parentum meorum, do vobis tale forum quale habuistis vos homines de Legionense terra et de Carrione in tempore de rege Alfonso avolo de meo patre rege Alfonso, et quod nullus homo non sacet vos inde de illas vestras hereditates que menus habetis per tortum de vestros avolos et de parentes vestros de tempore de rege domno Fernando et de regina domna Sancia usque huc. Mando vos eas dare, et tornare ille qui eas tenuerit pro pisquiritione directa pro fide sine ullo inganno. Et mulier que vidua fuerit aut maritum non habuerit, fussatum non faciet neque pectet fossatera. Et mancipium qui armas non portaverit, fossatum non faciet neque pectet fossatera. Et caballeiro si de terra exierit et ad mauros fuerit, exito sive salito, ut sua mulier non perdet sua hereditate, non suas medias comparationes, neque suo habere, neque suas arras, que habuerit pro fide sine enganno. Et caballeiro si in sua corte aut in suo lecto morierit aut in sua terra, si habuerit caballum, ut det eum in nuntio, et si non habuerit caballum, et habuerit lorigam, det eam in nuntio, et si non habuerit caballum neque lorigam, det in nuntio centum solidos. Et caballeiro qui ad mauros non fuerit, quod non perdat sua hereditate. Et caballeiro qui in fossatum mortuus fuerit, quod non donet nuntium. Et caballeiro in ipso anno quod mulier accepit et vota fecerit, usque annum completum, ad fossatum non vadat neque fossataira non pectet. Et illa hereditate de Sancta Maria et de Saldania, quod sunt del comite don Garcia, quod sit pesquirita pro tempore del comite don Garcia et per suos foros. Quisquis ille hoc ad irrumpendum venerit rex aut regina, comes aut comitisa, cum Iuda traditore exeat iudicatus et cum Datan et Abiron exeat condempnatus, et non habeat partem in resurrectione prima, et ieiunium aut elemosinam aut orationem non proficiat ei. Facta pagina tertio kalendas octobrii, era MCXLVII. Deo auxiliante, ego regina domna Urraca Adefonsi filia, qui hanc cartam scribere iussi, manu mea roboravi et signum feci. Ego Petrus Legionensis episcopus conf. Ego Pelagius episcopus de Sancto Salvatore conf. Ego Petrus Palentinus episcopus conf. Ego Petrus Ansuriz comes conf. Ego comes Don Gomez conf. Ego comes Don Froyla conf. Ego Fernando Gonzalviz conf. Ego Tel Telliz conf. Ego Pelagio Martiniz conf.

XXXI

La reina Urraca declara libres, á ruego del arzobispo de Santiago, Diego Gelmriez, á tres canónigos de esta Iglesia, á quienes ella reclamaba como «capite censos», que debían servirla «servili conditione».

1114

Historia Compostelana, lib. I, cap. C, en la *España Sagrada*, tomo XX, Madrid, 1791, pág. 186.

Eodem fere tempore, regina domna Urraca venerabilis memorie regis Adefonsi filia, quosdam Beati Iacobi Ecclesie clericos, Didacum scilicet Ludanensem et eius fratres Pelagium et Petrum et totam eorum progeniem cum tota sua hereditate esse capite censos asserebat, et eos sibi servili conditione debere servire, multis assertionibus comprobare volebat; et quia illi Beati Iacobi canonici erant, episcopus Didacus, de eorum dedecore et detrimento non modicum contristatus, dominam Reginam summis et indefessis precibus interpellavit, ut illiusmodi calumniam divino et Beati Iacobi amore omnino postponeret, et supradictos clericos et eorum progeniem quietos esse et libertatis iure uti, in Dei obsequium et suorum peccatorum remissionem, permitteret Cuius petitioni una Regina condescendens, non solum illos de suo genio inquietare domini Episcopi intercessione cessavit, verum omnes eos inter suos familiares et speciales amicos ex illo tempore habere disposuit.

XXXII

Odoario Vimaraz, en unión de sus hijos y de su mujer Velasquita Peláiz, concede la plenitud de la libertad, mediante una segunda manumisión, á su liberto Pelayo Pérez.

1123, Abril 24.

Cartulario del Monasterio de Celanova, fol. 50 r.
MUÑOZ, *Del estado de las personas en los reinos de León y Castilla*, págs. 84-85.

In Dei nomine. Ego Odario Vimarici una cum filiis meis et uxor mea Velasquida Pelaiz tibi Pelagio Petriz in domino Deo eternam salutem. Incertum viteque tempus quod mortale ducimur cursu, quia nec initium temporis nascendi scimus nec finem huius seculi scire valemus, quin ab hac luce migraturi sumus. Hec est ut aliquid de mercede faciamus, ut ante Deum veniam delictorum nostrorum consequi mereamur, admonente nos illa propheta Isayas intonuit dicens: dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos et omne honus eorum disrumpe. Ob deinde ego Oduario Vimarizi una cum uxore mea et filiis meis tibi liberto nostro Pelagio Petriz et filiis tuis, adeo ingenuamus te in capite tuo, ut sis ingenuus ab omni nexu et fece malo, sis limpidissimus et ad aula ingenuitatis tue transfer statuum tuum ubi volueris, nullique omni patrocinio reddas obsequium nisi soli Deo aut cui tu volueris reddere; ita ubi volueris ab hac die iendi, manendi, larem fovendi, vitam tuam ubi perducere volueris liberam in Dei nomine abeas potestatem, et ut pro die Sancti Petri patrono nostro cereum et oblationem in domo Domini offeras quamtum tua potentia fuerit. Et qui hoc factum nostrum infringere temptaverit, tam nos quam propinqui vel extranei, pariat statum tuum duplatum et insuper auri libras binas vel ternas, et hoc factum nostrum maneat semper stabilitum, et ille insuper sit maledictus usque in VII generatione et cum Iuda Domini traditore abeat partem in eterna dampnatione. Facta series ingenuitatis era MCLXI et quot VIII kalendas magii.

XXXIII

Fuero otorgado por Gutierre Fernández y su mujer Toda Díaz á los habitantes de San Cebrián.

1125, Marzo 25.

Copia inserta en una confirmación hecha por Sancho IV en 1291.
Colección Salazar. Mss. M. 59 (siglo XVIII), fols. 257 v.-258 v. Biblioteca de la Academia de la Historia.

Magnum est titulum donationis in quo nemo potest actum largitatis cuique irrumpere neque foris legem preterire, sed quidquid grato

animo pronaque voluntate facere decreverit libenter amplectitur et... Ideoque ego Gutierre Fernandez et uxor mea Toda Diaz placuit nobis bono animo et caro consilio nullius cogenti imperio nec suadenti articulo sed propria nostra voluntate excrevit voluntas, que faciamus cartam ad vos homines de Sancto Cipriano qui ibi havitatis vel qui hodie in antea habitaturi fuerint.

1. Ut non dent nuncio nec fonsadera nec... nec maneria.

2. Et de calupnia et de homicidio sit medium in terra.

3. Et de omnibus aliis intentionibus que venerint inter vos et seniores, siant liberate et iudicate secundum forum et iuditium de Monzon.

4. Et si aliquis homo dederit fideiussorem super bona sua suo domino ad iudicium de Monzon et noluerit recipere eum, defendat se sine calupnia.

5. In domo clerici vel cavalleri vel vidue non pauset ibi posadero, et si ibi pausaverit eiciant eum foras sine calupnia.

6. Clerici vero non faciant ulla facendera cum vicinis suis et ubicumque moraberint sint liveri cum domibus suis.

7. Et si aliquis morator ville necesitatem habuerit, habeat benefetria et atquirat suum profectum in qualcumque parte voluerit ire, et claudat portam sue domus et quando venerit ad Sanctum Ciprianum omnia sua salva fiant.

8. Et illi homines qui voluerint morare in Sancto Cipriano accipiant totum suum mobile in pace, et vendant suam hereditatem suis vicinis vel domino ville et vadat ubicumque voluerit, quod si forte non potuerit, vadat ubicumque fuerit necesitatem ei, et si domum suam continere voluerit faciat forum domino, et si continere non potuerit vendat vicinis suis vel domino.

9. Et ille qui domum edificaverit de novo usque ad transactum annum non faciat forum neque vicinis nec domino.

10. Et si aliquis morator ville, postquam domum habuerit et circa se comparaverit et domum suam ampliaverit, non faciat nisi unum forum. Placeat etiam si...

11. Et concedo, ut de ferroni et de orto faciat domum et si forte de domo ad derrelinquendum venerit, faciat ortum ille ferrei et serbiat ei; et hereditate et ... non sit ... ab aliquo homine.

12. Et illo cavaliero vel illo pedone quid dominus mandaverit ire in mandaderia, vadat talem viam ut possit ire et revertere in una die et in illo det dominum cibum illi, et hoc non faciat nisi una vice in anno; et si noluerit ire, si fuerit cavallero pectet III denarios, et si fuerit pedone pectet tres miasas.

13. Et post obitum meum et mee coniugis do vobis benefetria in vestris domibus, ut tornetis vos ad qualem seniorem volueritis quem villa mandaverit.

14. Et mulier vidua que virum accipit non det...

15. Et los homines de Sancto Cipriano redimus Deo et vobis gratias pro isto foro quod nos pro vestra bonitate nobis datis, et nos dabimus vobis in anno triginta panes vel duas eminas tritici, qualem dator voluerit dare, et quatuor turacios de vino et unum tocinum vel unum carnerum, et de hoc servitio prenominato, si colegerit de sua hereditate det istum forum, et si non colegerit non det. Similiter de carne, si habuerit porcos aut oves det, et si non habuerit non det.

16. Et concilium det suum iudicem de anno in anno suo domino, qui recipiat hoc servitium, et dominus det concilio de anno in anno duobus hominibus de una quacumque domo unum iantarem, panem et vinum et carnem ad suficiendum.

17. Et nos dabimus vobis duos dies in mense ad lavorem infra terminum ville, in arare in segar in trilar in escavar et podar et nichil amplius, et dominus det illis in duobus diebus panem tritici et vinum et duos conduchos et in tertio die panem et vinum et carnem ad suficiendum.

Si quis autem de nostra progenie vel de extranea hanc cartam disrrumpere voluerit, sit maledictus et excomunicatus, cum Iuda Domini traditore in inferno sit dapnatus et pectet Regi terre centum libras auri purissimi. Facta carta noto die VIII kalendas aprilis, era millesima centesima sexagesima tertia. Regnator regis Illefonse in Legione et in Toleto et in Castella. Comite Petro in Lara et in... comite Ferando in Cabia et in Carrione. Gutierre Fernandez in Castro et in Monzon. Petrus episcopus in Palencia sede. Rodrigo Fernandez testis et Ordonio Gustros testis. Gutierre Munio testis... Gutier Abat testis. Dominicus Romanus testis. Dominicus... testis de Beriella. Petrus Calbus testis. Lobas testis. Pelagius Dominici testis de Manquiellos. Roderico Diaz Abbas testis. Petrus Semenes testis. Pela Diez testis. Ego Gutier Fernandez et uxor mea Toda Diaz hanc cartam scribere iussimus et legentem audivimus, manus nostras hoc signum roboramus. Iohanem Michaelem, qui notuit.

XXXIV

El emperador Alfonso VII concede á la Iglesia de Palencia el derecho de behetria en todas las heredades que poseyera, y á los prelados y canónigos de ella el privilegio de «calumnia» de infanzón ó el de «sacrilegium», si lo prefiriese el obispo, y equipara el ganado de los canónigos á los del obispo y de los infanzones.

1129. Julio 2.

FERNÁNDEZ DE PULGAR, *Teatro clerical apostólico y secular de las Iglesias Catedrales de España.* Parte primera, tomo II, Madrid, 1680, págs. 223-224.

In nomine Domini nostri Iesuchristi. Inter cetera virtutum et in die... operas elemosyna precipue commendatur, Domino attestante, qui ait: sicut aqua extinguit ignem ita elemosyna extinguit peccatum. Ea propter ego Adephonsus totius Hispanie imperator una cum uxore mea imperatrice domina Rica et cum filiis meis Sanctio et Fernando regibus facio chartam donationis et textum firmitatis Deo et Ecclesie Sancti Antonini de Palentia et vobis episcopo domino Raymundo secundo et omnibus eiusdem Ecclesie successoribus vestris, ut habeatis benfetriam in omnibus locis in quibus habetis vel habere poteritis divisas seu hereditates, et dono vobis, ut habeatis calumniam de infançon... ubicumque fueritis sive in Palentia sive extra Palentiam. Vestris quoque precibus omnes canonicos Ecclesie Sancti Antonini de Palentia tam presentes quam futuros facio infançones, et dono eis, ut habeant integre ornam et desornam et calumniam de infançon tam infra Palentiam quam extra, ut quicumque et ubicumque aliquem eorum desornaverit in dicto vel in facto, ipse canonicus habeat iudicium de infançon, vel sacrilegium iuxta canonum institutiones si maluerit Episcopus, et cauto ganatum de illa Canonica, ut habeat tale cautum et calumniam qualem habuerit ganatum domini Episcopi vel infançon. Preterea confirmo vobis omnia privilegia predecessorum et parentum meorum, quotquot Ecclesie Sancti Antolini dederunt vel fecerunt, et hec omnia supradicta dono et concedo Ecclesie Sancti Antonini et omnibus vestris successoribus per vos et pro vobis et pro servitio quod mihi fecistis et facitis, ut ab hac die habeatis et possideatis et omnes successores vestri iure hereditatis in perpetuum. Si vero aliquis homo hoc nostrum factum rumpere tentaverit, sit maledictus et excommunicatus et cum Iuda proditore Domini in inferno damnatus, et insuper pectet centum libras auri, medietatem Episcopo et medietatem Imperatori. Facta charta in Secobia VI nonas iulii era MCLXVII. Imperante ipso Alphonso imperatore Toleti, Legione, Gallecia, Castella, Naxara, Zaragozia, Baezia et Almaria, et domino Iacinto Sancte Romane Ecclesie cardinali, tunc Legato in Hispania et presente in Secobia comes Barcilonie et Sanctius rex Navarre vassalli Imperatoris. (Siguen las suscripciones.)

XXXV

Privilegios otorgados por Alfonso VII á los maestros y operarios de la obra de la catedral de Santiago.

1131, Marzo 18.

LÓPEZ FERREIRO, *Historia de la Santa A. M. Iglesia de Santiago.* Tomo IV. Santiago, 1901. ap. VI, págs. 16-18.

Regie maiestatis interesse et, ut minus eruditis certum est, ecclesias et sacra loca non solum ab iniuria tueri et defendere verum etiam helemosinarum et beneficiorum in Dei obsequium et suorum excesuum remissionem pie et religiose visitare fovere et honorare. Quapropter ego Adefonsus Dei gratia Yspanie imperator una cum coniuge mea regina domna Berengaria meorum antecessorum consuetudinem non irrationabiliter secutus, facio testamentum cautationis omnibus magistris et criationi ecclesie Beati Iacobi, tam criationi operis quam et canonice, tam presentibus quam futuris usque in sempiternum. Ita cauto eos, quod non eant in fossatum, nec donent fossadariam, neque pectent pectum pro aliqua voce nisi pro suo proprio forisfacto. Ita ego eorum cauto domos et possessiones, quod maiordomus terre nec ullus alius homo pro aliqua voce ibi non intret, neque eos pignoret nisi per manus sui magistri, et magister det directum de eis et recipiat directum per eos, et habeant tale forum quale melius habuerunt postquam opus ecclesie inceptum fuit. Et hoc facio cum consensu domni Didaci ar-

chiepiscopi et canonicorum eiusdem Ecclesie. Si vero aliquis etc... Facta series testamenti era MCLXVIIII et quot XV kalendas aprilis. Ego Adefonsus Dei gratia Hispanie imperator quod fieri mandavi proprio robore confirmo. Didacus eiusdem Ecclesie archiepiscopus proprio robore conf. Comes Rudericus de Sarria conf. Comes Rudericus de Trava conf. Comes Gomez de Toronio conf. Munio Vallibriensis episcopus conf. Adefonsus Tudensis episcopus conf. Petrus Elie decanus Ecclesie Sancti Iacobi conf. Fernandus Iohannes. Iohannes Didaci. Munio Tacum. Bernaldus kancellarius Regis et tesaurarius Ecclesie conf. Petrus Cresconiz archidiaconus conf. Petrus kardinalis conf. Lopo Lopici maiordomus Regis conf. Rudericus Fernandici alferiz Regis conf. Albertinus conf. Pelagius Arias per mandatum domni Bernaldi Regis cancelarii scripsit. Martinus kardinalis conf. Petrus iudex conf. Pelagius iudex conf. Petrus Stefaniz conf. Petrus testes. Martinus testes. Arias testes.

XXXVI

Convenio sobre división de hombres y heredades entre el conde Fernando y el Monasterio de Nemeño.

1132, Julio 27.

Original, perteneciente al presbítero D. Eladio Oviedo.

In era M.ª C.ª LXX.ª et quotum VIº kalendas agustas. In diebus Adefonsus rex. Colmelum divisionis quod fuit factus inter comes domnus Fernandus et canonica monasterio Nemenio super homines et criatione de domna Marina Gudesteiz, que pertinent ad Sancto Iuliano de Ripamaris, et super homines et testationes de Nemenio, que ibi dedit et testavit comes domnus Petrus genitor comes domnus Fernandus, complente votum et promissione comitis domni Froila Menidiz. Veniente comes domnus Fernandus de Portugale et accepit terram et honorem Galicie de rege domno Adefonso et venit in particione et divisione cum suis germanis et heredibus de hereditates et criationes in terre. Venit comes domnus Fernandus in ereditates et criationes de domna Marina Gudesteiz in terra Selagia in sua partitione sine alios suos germanos. Dedit exquisitores super monasterio Nemenio Petro

Ecarelion, qui erat maiorino in sua kasa et in ila terra, et Moninus Comite, qui erat maiorino in terra Selagia, et Petro Muniz, qui erat sagione, et Gudesteo Ruderiquiz et Martino... gici et alios bonos homines et sapientes comorantes de illa terra, ut exquisisent suos homines et sua criatione de illo monasterio, que ibi erant sine suo testamento de illa criatione de domna Marina, sicuti exquisierunt et fecerunt per veritatem. Id sunt hominibus ad parte monasterii: Iohanne Gundesindiz et sua mulier et suos filios integros; Muninus Gimarazi et sua mulier et suos filios, et ipsa mulier dederunt pro illa alia mulier de Monio Elias de Corme ad illa comitesa domna Lupa in sua partitione; Fernando Petrizi et sua mulier et suos filios; Veremundo Didazi et sua mulier; Martino Gundereiz et suos filios integros; Petro Arias et suos filios; Monino Pelaiz de Corme; Pelagio Petriz et sua mulier et suos filios; Vilifonso et sua mulier et suos filios integros; Pelagio Didazi et sua mulier et suos filios integros; mulier de Fernando Ramirizi Ermosinda Menendizi; Pelagio Gundesindizi et sua mulier et suos filios integros; Didaco Iohanes et sua germana Eldonza; Martino Mauro et sua mulier, qui nobis dedit comes domnus Petrus pro quoquinario; Pelagio Gundisalviz de Condinis et sua mulier et suos filios integros; Martino Petriz filio de Petro Martizi de Sala; Petro Alvitizi et sua mulier et suos filios; Ordonio de Quenio et sua mulier et suos filios; Ramiro Fernandiz filio de Fernando Ramiriz. Et nostras ecclesias pernominatas et testatas ad partem monesterii: eclesia de Corcolesto integra; eclesia de Sancto Petro de Varizo; media eclesia de Corme; media eclesia de Lanqueiron; IIII.ª de la eclesia de Sancto Vicentii integra; eclesia de Sancto... media. Et homines de testamento de nostro monasterio, qui concambiabimus cum illo comite domno I. pro alios homines de sua criatione: dedimus mulier de Munio Didaci pro Fernando Ramirizi filia de Vilifonso; et dedimus Pelagio Gundisalvizi pro muliere de Martino Petrizi de Varaigo Ermesinda; et dedimus Petro Pelaici filio de Pelagio Didaci de Lanqueiron pro Pelagio Didaci, qui sedet cum sua germana: et lexamus Iohane Pelaizi pro Eldonza mulier de Veremudo Didaci et mulier Tegria, qui est nostra de alia parte, et suos filios. Et confirmavit ille comes et suos exquisitores Petro Ecareiz nostram testationem de Cesarga, que nobis dedit suo patre per iussionem domne regine Urrace filia regis domni Adefonsi, et ibi homines pernominatos Petrizi et sua mulier integros et filios de Gotmaro medios cum hereditate de Cesarga.

XXXVII

El conde Fernando cambia su parte de propiedad en las iglesias de Santa María de Trasmonte y de San Pelayo de Lenes por la villa de Santa Eulalia de Lubra y otras heredades, reservándose cincuenta villanos para poblar su villa de Savardes.

1134, Octubre 3.

Historia Compostelana, cap. XL, en la *España Sagrada*, tomo XX, Madrid, 1791, págs. 558-560.

Ego Fernandus comes filius comitis domni Petri Froylazi et domne Urrace Froylazi et omnis vox mea vobis domno Didaco Compostellane Sedis archiepiscopo et clericis et canonicis eiusdem Ecclesie facio scripturam commutationis et textum firmitatis et cambiationis de mea portione ecclesie Sancte Marie de Transmonte, etiam et de alia portione Sancti Pelagii de Lenes unde iam habetis aliam portionem de sorore mea Enxemena Petrizi, quam pro remedio anime sue Beato Iacobo Apostolo dedit, quam siquidem predictam nostram octavam cum omnibus adiunctionibus earum ubicumque invenire potueritis per omnes suos antiquos terminos, et cum omni creatione in Transmonte, et in Amaea, et in Valeyron, et in terra de Nogia, et in Navaria, et in Pistomarchos, et de Sancto Iacobo usque ad mare, quam habeo de successione matris mee domne Urrace et de avo meo comite domno Froyla Arias et de atavo meo Arias Tedonzi, et divisi cum fratribus meis Veremudo Petrici et comitisa domna Lupa, et cum sobrino meo Sancio Sanchizi, qui acceperunt suas portiones et divisiones in aliis terris, et ego solus accepi totam istam; et modo, coram omni concilio presentibus illis, concambio vobiscum et contramuto ab omni integritate pro villa vestra propria et hereditate vocata Sancta Eolalia de Lubre et Sancti Tyrso et Sancta Marina et Sancti Petro de Cervales cum omnibus adiunctionibus et appenditiis suis, preter L. homines villanos utriusque sexus, quos mihi retineo ad populandum illam meam villam Savardes. Ab hac presenti die et deinceps habeatis, possideatis et omne velle vestrum de his omnibus, que vobis do, faciatis vos et omnes successores vestri in perpetuum. Si quis autem, quod fieri minime credo, contra hanc scripturam commutationis et textum concambiationis ad irrumpendum venerit vel venero, quisquis fuerit pariat vel pariam vobis archiepiscopo domno Didaco et clericis ac canonicis eiusdem Ecclesie vel voci vestre eamdem hereditatem et creationem duplatam vel triplatam, et sit excommunicatus et maledictus, et exolvat vobis vel voci vestre X. auri talenta, et hoc meum factum semper sit firmum. Facta cartula commutationis III nonas Octobris, era MCLXXII. Ego Fernandus comes, quod sponte do et contramuto et concambio, proprio robore confirmo. Comes domnus Muno Pelaizi conf. Comitisa domna Lupa Petrici conf. Veremundus Petrici conf. Sancius Sanchizi conf. Urraca Petrici conf. Comitisa domna Gelvira Petrici conf. Ilduara Petrici conf. Abbas domnus Suarius de Cinis conf. Abbas domnus Martinus de Moyrame conf. Petrus Gutierrici conf. Ioannes Gutierrici conf. Froila Atanici conf. Sarracenus Munizi conf. Arias Munizi conf. Gunsalus Menindici conf. Rudericus abbas Monasterii de Antealtaris conf. Petrus abbas Monasterii S. Martini conf. Ioannes abbas Monasterii S. Petri de Foris conf. Petrus abbas de Monsontio conf. Veremundus Vallibriensis archidiaconus conf. Gunsalus prior de Nemenio conf. Aloitus abbas de Villar Romazi conf.

XXXVIII

Alfonso VII da al Monasterio de Santa María de Lapedo una villa con los siervos de criación que habitaban en ella.

1142.

Documento real del Monasterio de Belmonte, núm. 2. Copia del siglo XIII, en pergamino. Archivo Histórico Nacional.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Qui perhennis vite gaudia post mortem temporalem desiderat obtinere mala que agit cotidie per largitatem elemosinarum et per alia beneficia debet ita dum vivit redimere, ut ad ea sine aliquo obstaculo possit feliciter pervenire. Huius rei gratia, ego Adefonsus inperator Hispanie una cum uxore mea inperatrice Berengaria et cum filiis meis pro mea parentumque meorum salute pro peccatorum nostrorum remissione Deo et Sancte

Marie de Lapedo et eius loci abbati dompno Adefonso ceterisque fratribus monachis in eodem loco Deo servientibus presentibus et futuris, ut per eorum orationes et beneficia possim ad regna sublevari celestia, quandam meam villam dictam Sanctum Iulianum iacentem iuxta flumen Pionie. Dono inquam eam cum omnibus suis directuris et per terminos suos quanticumque sunt et quales, scilicet per illam pontem de ambas mestas et per castellum de Aguilar et per Colladam et per Cornum de Pando et per capud de Covilledo et per colladum de Grallero et per illam lacunam et per illam serram de Inceradoria et per Coriscadam et per Verduzedo et per illam pennam de las Texeras et per planum de las Murellas et per pelagum Anguilatium et per illam pontem de Piozes et per lonbam de Valle Utrium et per pennam Curvam et per pennam Aguileram et per illam lonbam de Ervedero quam descendit ad supradictum fluminem Pionie, et cum tota mea criatione que ibi habitat vel inde exierunt aut exierint, et cum forum de hominibus de decem solidis et de alio quocumque foro et cum omnibus aliis causis ad eam pertinentibus in quocumque loco sint. Eo vero modo et tenore dono predicte ecclesie Sancte Marie de Lapedo et fratribus Deo ibi in perpetuum servientibus prenominatam villam cum omnibus suis pertinenciis, quatinus eam in perpetuum libere et quiete possideant et absque ulla contradicione de illa quidquid voluerint ad utilitatem sue ecclesie faciant. Siquis vero in posterum de meo vel alieno genere huius mee donacionis paginam ruperit, sit maledictus a Deo cum Dathan et Abiron et cum Iuda, qui Dominum tradidit et vendidit, in infernum sit mancipatus, et pro temerario ausu pectet regie parti mille morabetinos et iam dicte ecclesie hereditatem duplatam restituat. Facta carta apud Legionem V° nonas iunii era M.C.LXXX venerabili predicto inperatore Adefonso inperante Toleto, Legione, Saragocia, Naiara, Castella, Gallecia. Ego Adefonsus inperator una cum uxore mea et cum omnibus filiis meis hanc kartam quam fieri iussi manibus roboravimus et signum fecimus. Raimundus Toletanus archiepiscopus conf. Iohannes Legionensis episcopus conf. Martinus Ovetensis episcopus conf. Malricus comes conf. Ermengaus comes et maiorinus inperatoris conf. Comes Fredenandus de Galletia conf. Ramirus Froyle comes testis. Petrus Adefonsi de Asturiis testis. Nunus Petri alferiz Inperatoris testis. Geraldus scripsit.

XXXIX

Donación de varios hombres con las heredades que cultivaban, unos integramente, otros la mitad ó la cuarta parte, hecha por Bermudo Pérez al Monasterio de San Martín de Nebda á fin de que sirviesen á éste ellos y sus descendientes.

1145, Enero 31.

Cartulario del Monasterio de Jubia (siglo XIII), folio 4 r. y v. Propiedad de la Sra. D.ª Josefa Villa-amil de Álvarez Osorio.

Quoniam quamplures somno falatie sopitos cernimus et in suarum multitudine divitiarum gloriantes, ut nullam felicitatem preter presentem minime cognoscant, de quibus dictum est: «dormierunt somnum suum et nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis. Sunt nonnulli in quorum cordibus triticum compuntionis aliquando oriretur sed quoniam sarculo carent fidei spine vitiorum pullulantes sufocant ne aliquis fructus utilitatis afferre valeant.» Quapropter ego Veromudus Petri, contra vitiorum spinas virtutum fructibus sufocare atque saluti anime mee et parentum meorum cupiens providere, dono Deo et monasterio Sancti Martini de Nebda et vobis domno Stephano eiusdem loci priori et fratribus ibidem Deo servientibus omnes meos homines quos habeo in cauto Sancti Martini tam viros quam mulieres tam minimus quan maximos, qui ad me perveniunt de parte patris mei et de parte ami mei domni Lucii Gimarat et domne Marine, et sunt pernominati: medium de Vermudum Belsianum et quarta de suos filios; Suerium Petri et filios eius et filias; Adefonsum Froyle et medios de eius filios; medios de filios de Cristina Pelagii; Petrum Ageit et medios ex eius filios; Adfonsum Vermudi et mediosde eius filios; Acendam Petri et medios eius filios; Godo Veremudi et medios eius filios; et mediam de Godo Menendi et quartam de eius filiis; mediam de Iulia et quartam de eius filiis; Muniam Suerii et medios de eius filios; Petrum Invirnicium et medios de eius filios, quos habuit de Gontina Didaci; et mediam de Godo Farla; et medium de Martinum Farla; et medios de filiis de Ero Didaci; et medios de filiis de Froyla Didaci; Palagium Sobrinum et de eius filiis medios; Giraldam cum filiis suis. Istos

homines concedo Deo et Beato Martino cum omnibus hereditatibus suis et cum omnibus directuris suis, ut serviant ipsi et omnis proienies eorum prefato Monasterio, ob remedium anime mee et parentum meorum, et pro unam mulam quam mihi datis in presenti eunti Portugaliam; et est adpreciata ipsa mula quinque marcas argenti, quam adpreciaverum Gundisalvo Menendi et Rudericus Oveci et Froyle Gimarat. Si quis quod fieri non credo de parte mea aut de extranea hoc meum voluntarium factum infringere voluerit, iram Dei omnipotentis incurrat et sit maledictus et excommunicatus usque in septima generatione et cum Iuda traditore infernales penas habeat in posesione. Ego Veremundus Petri, qui hoc scriptum fieri iussi, propriis manibus roboro et confirmo.

XI.

Fuero concedido por la infanta doña Sancha y el abad del Monasterio de Covarrubias, Martín, á los habitantes de Covarrubias y de los lugares pertenecientes á su jurisdicción.

1148, Abril 19.

Fuentes para la historia de Castilla, tomo II. *Cartulario del Infantado de Covarrubias*, por el R. P. D. Luciano Serrano. Madrid, 1907, págs. 53-57.

Sub Christe nomine et individue Trinitatis, Patris videlicet, ac Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego infans domina Sancia et ego Martinus, abbas de Covasrubeas, cum omni conventu illius monasterii, maiores et minores, facimus cartam ad vos homines de Ceresolos et de Valdera et de Mezerrexolo et de Redonda, qui populatis in Covasrubeas.

1. Et damus vobis forum de enfurción annal triginta panes, uno pozal de vino, uno karnero de duos dentes vel uno tocino mediano et octo eminas de ordeo. La vidua det lo medio.

2. Ego infans domina Sancia et ego Martinus abbas cum omni conventu monasteri damus ad vos homines qui populatis in Cobarubeas, La Druguiella et Mandas. Et extrait inde abbas per ad monasterium unum pratum et una serna in Mamblas; et illud pratum ut sit clausum, et si non fuerit clausum et ganato in illo intraverit, non habeat ullum pectum. Et si homines de illo abbate voluerint adducere a corte tollant illo ganado et non habeant ullam calumniam. Et accipit abbas una serna en Redonda et duas circa monasterium. Et totum aliud damus et concedimus illis cum montibus, pratis, pascuis, rivulis, ut abeant comuniter nobiscum. Et de la Piazon usque a los molinos accepit abbas de parte de la casa per ad rifictoryum in Arlanza. Et in illo pelago de la Annora de altera parte peschen cum butrones et cum linnas. Et in pelago de la Nave peschem com paredego et con rete illos clericos qui venerint servire ad illos populatores cum voluntate de illo abbate.

3. Et de illos populatores illo decimo, las duas partes per ad monasterium; tercia pars per ad illos vezinos. Et de illa offerenda media pars sit ad monasterium; et alia medietas ad illos vezinos. Et damus ad illos populatores per hereditatem illa vinea de casa.

4. Et illi homines qui voluerint vendere suam hereditatem et suas casas de duos annos ad arriba, vendat ad illos homines de Covasrubeas.

5. Et quantumcumque pertinet ad istas villas, scilicet, al Ladruguiella et ad Mamblas et a Baldera et ad Ceresolos et ad Mezerrexolo et ad Redonda, totum serviat ad illos populatores de Cobasrubeas per suum forum.

6. Et si alii homines de alia parte pecierint iudicium ad istos populatores de Covasrubeas, faciant medianero ad suam portam de quacumque peticione eis pecierint. Et mandamus quod Mezerrex et Barbadello de Pece veniant ad forum de Covasrubeas. Et isti populatores pascant ubi voluerint et non dent erbaticum.

7. Insuper damus et concedimus ut abeatis forum de infantadigo, sicut est scriptum in carterario de Covasrubeas.

8. Et de ospitibus, quando venerint ad monasterium, si fuerint de decem ad arriba, et per mano de iudez et de saion posen. Et non posen in casa de cavallero, non in casa de vidua, non in casa ubi non fuerit vir.

9. Et isti populatores ponant iudicem et IIII^or alcaldes et suum saionem et duos apreciadores. Et omnes isti intrent in illo cervicio per manum de illos populatores. Et illi qui in isto cervicio fuerint, non dent enfurcion.

10. Et si venerit imperator vel imperatrix vel regina domina Sancia et voluerint carnem accipere, accipiat illud iudex cum suo saione et aprecient illud apreciatores. Et det iudex fidiatores de pec-

tarlo. Et si non dederit fidiatores, tollant illo ganado sine ulla calumnia.

11. Si ad istos populatores contigerit calumnia, sit iudicata per suum forum et per suos alcaldes.

12. Et si senior vel merinus voluerit fuerza facere illis, defendant se cum suos vezinos per rectum iudicium et non habeant ullam calumniam.

13. De omicidio manifesto dent medietatem.

14. Si aliquis homo pecierint iudicium quod de trecentos soldos sedeat, paren XII^{im}, iurent los VI. Et de istos XII, los VI sedeant vezinos et alii VI unde venerint, qui sapiant respondere amen III vices sine referta. De CCC soldos ad aiuso usque ad X^{em}, pares con II et iuret cum uno de illis, et istos homines sedeant vezinos derecteros. De X soldos ad aiuso, iuret per sua cabeza.

15. Nullo homine ad quem firieren, si non levaret vocem a palacio, nulla calumnia.

16. Et si aliquis occiderit alium et iudex quesierit homines, ut capiant illum, et fugerit et noluerint ire, faciat super illos III testigos derecteros vezinos; si negaverint, faciant suo foro.

17. De tota volta que levare el merino a los homines de la villa, det eis fiador de levarse con illa; et si aduxerint pendra, det illis VI karneros per foro en asbadura.

Facta carta noto die X^{o} III° kalendas mai, era Mª C^{a} LXXX^{a} VI^{a} regnante imperatore Illefonso in Legione, in Castella, in Toleto, in Gallecia, in Cordoba et in Almaria. Qui istam cartam disrumpere voluerit, anatema sit; non abeat partem cum Deo omnipotente; ira Dei et sancte Marie Virginis et omnium Sanctorum veniat super eum, et cum Iuda traditore inferni penas lugeat. Ego Illdefonsus imperator et soror mea infans domna Sancia et filii mei rex Sancius et rex Fredinandus, qui istam cartam fieri iussimus, confirmamus et roboramus, et manibus nostris hec signa fecimus. (Siguen las suscripciones).

XLI

Fuero otorgado por Martín y Elvira Pérez y Mayor Martínez á los pobladores de Pozuelo de Campos.

1157?, Noviembre.

Copia del siglo XIII, en pergamino, perteneciente al catedrático de la Universidad de Madrid D. Laureano Díez Canseco.

In nomine Domini nostri Iesuchristi, amen. Que firma debent evvo manere perpetuo, scripte pagine comprobanda sunt testimonio. Quapropter ego Martinus Petriz et Elvira Petriz et Maior Martinez facimus cartam in perpetuum valituram vobis populatoribus de Pozolo de Campo, ut habeatis foros bonos, scilicet quos habent in Villamaiore, nos vobis amando et vos nobis serviendo, videlicet:

1. In Pozolo nec in suo termino non currat homicidium nec mannariam.

2. Insuper calumpniam que querelata non fuerit, pro nulla non sit demandata nec pro insania. Et si querelata fuerit calumpnia, sit apreciata pro directo, et duas partes calumpnie sint solute propter amorem Dei et terciam partem pectet ipsi qui iniuriam fecit a palacio.

3. Et pro tota calumpnia, quis fecerit, det fideiussor in quinque solidor et vadat ad forum a Villamaior. Et qui fideiussor in quinque solidos sicut forum mandat dare noluerit, prendant illum, et quando dederit fideiussor in quinque solidos solvant eum.

4. Idcirco populatores de Pozolo de Campo dent I solidum pro fumadga de Sancto Martino ad Sanctum Martinum de moneta que currerit.

5. Et faciant XII operas in anno, ut unoquoque mense eat facere unam operam si monitum fuerit, et unusquisque, postquam mandatum illud audierit, vadat cum omni apparatu suo ad tercium diem ad operam faciendam. Et si forte preconata vel monita non fuerit illa opera de aliquo mense, non sit amplius data. Et qui ad operam monitam non fuerit, pectet I solidum vel carnerum de solido. Et medias obras sint cum pane vino et carne ad sufficiendum et alias medias in pane et vino et condimento quod sufficiat. Et quando fuerint ad opera, expectent se iuxta villam, ut accipiant recabdum pro sua directura. Et operas istas sint ad arandum et podandum et triturandum.

6. Deinceps in domo de milite vel de clerico vel de vidua nullus posator ibi hospitet, sed in alias domos hospitet usque tercium diem et in alias domos per ordinem vadat de loco ad locum.

7. Et si montarium aliquis homo invenerit in sua defesa ligna accipiendo, pectet I solidum aut carnerum de solido.

8. Et de faceras dicamus, nec pro bono nec pro malo non perdamus.

9. Et qui de villa recesserit, de faceras det quarto et de alias terras habeat suo fructu.

10. Et qui vineam plantaverit de primo, medietatem habeat pro hereditate et serviat ei ubicumque fuerit et aliam medietatem habeat pro prestimonio de sua corte.

11. Et si aliquis habet domos in alia parte, tamen in domum de Pozolo mittat plus panem et vinum quam in alias.

12. Et postquam intraverit termino de Pozolo, sit vassallo sine alio seniore de ipso seniore de Pozolo.

13. Et qui rancuram habuerit de suo vicino, accipiat duos vicinos et vadant cum illo pignorare ad domum eius. Et si aliquis vicinus noluerit cum illo ire pignorare, pectet illi VI denarios. Et qui pignus abstulerit ad vicinum, pectet V solidos a palacio.

14. Et si quis dixerit ad suo vicino traditor de seniore vel de suo concilio et non potuerit levare in antea a suo pare, pectet XXX morabetinos et dividant; terciam partem habeat seniorem et terciam concilium et aliam terciam querelosum.

15. Et qui cum arma cotada percusserit suo vicino, ipsis qui ibi steterint prendant illum si potuerint. Quod si percussum obierit, mittant illum in manu de parentibus mortui et omnia bona sua levent a palacio.

16. Et si non morierit, pectet livores quas fecit. Et cui dixerint «quia noluisti illum prendere», salvet sibi tercerio quod non potuit illum prendere et quiescat.

17. Et qui voluerit suam cortem vel prestimonium vendere, vendat a vicino qui faciat forum ad suum seniorem. Et si non vendiderit, claudat suam portam cum adoves. Et si quis voluerit intrare in illas domos, primitus demandet a suo domno si in illa terra fuerit. Et si in ista terra non fuerit senior, mittat ibi collazum qui faciat suos foros. Et quando suo domno venerit, liberet suas domos usque ad novem diebus et recedat cum suo fructu et dimittat illi prestimonium.

18. Nullus homo qui filiam alienam rossaverit, pectet CCC solidos.

19. Qui bandum fecerit contra suum vicinum, pectet XL solidos; duas partes dimissas propter amorem Dei et terciam partem a palacio.

20. Et cui dixerint aliquid de furto, salvet sibi si tercero de postaribus. Et qui acceperint cum furto, pecunia det a suo donno et duplum pectet palacio.

21. Si aliqua mulier vidua qui maritum acceperit et alco habuerit,

det V solidos in osas a palacio. Et vidua qui pauper fuerit et maritum acceperit, det una reiam a palatio.

22. Ganado qui intraverit in cauto de vinea pectet I solidum aut carnerum de solido.

23. Et si aliquis ad directo tenere a directo noluerint, et fideiussor in quinque solidos, sicut est forum, de eo non acceperint, rancuram mitta a suo concilio cum hominibus de frontera et omnia bona sua dimittat filiis et uxori sue et recedat a villa; et vicinum qui cum eo non exierit ad adiuvandum illi a suo directo, pectet ad ipsum querelosum XII morabetinos.

24. Et qui armas acceperit contra vicinum, pectet XL solidos; duas partes in terra propter amorem Dei et terciam partem a palacio.

25. Et de vinea dampnada pectet alia tanta a suo domno.

26. Et cui voluerit seniorem mittere in sua mandadaria, ut possit reverti in sua casa cum sole, faciat mandatum et omnes per ordinem ita faciant. Et si quis noluerit ire in illa mandadaria, si fuerit miles pectet I solidum, si peditem pectet VI denarios.

27. Si quis dimiserit uxorem suam, pectet a palacio V solidos. Et si mulier dimiserit maritum pectet X solidos a palacio.

28. Et totum quod scriptum est in hac karta iudicet se pro illa et alia omnia per forum de Villamaior.

Si quis igitur tam de nostris quam de extraneis hoc nostrum factum spontaneum rumpere temptaverit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat et pro ausu temerario perdat hereditatem de Pozolo et pectet CCCC morabetinos, et hoc nostrum factum semper maneat firmum. Ego Martin Pedrez et Elvira Petriz et Maior Martinez hanc kartam quam fieri iussimus propriis manibus roboramus et confirmamus.—Facta karta mense novembris, era MCCXCIIII. Regnante rege domno Fernando in Legione et rex Santius in Toleto, Adefonsus in Portugale. Iohannes episcopus in sede Legionensi. Bernardus episcopus in sede Zemorensi.—Qui presentes fuerunt: Martin Petriz de Villa Armenter et Martin Iohannes, Michael Cidez de Cabreros, Sebastian Petri, Iohannes Salvadorez, Dominicus Dominici de Cotanes, Pelai Nunez, Iohannes Dominici de Villaalpando, Iohan Salvadoriz, Pelai Martinez, Petrus Calvo. De Ozonia, Roi Gutterrez, Petrus Pelagii de Villagarsia, Pelai Velidez, Garsia Xainez de Pozolo, Gundissalvo Pelaez et Pelai Armargo, Martin Michaeliz, Iohan Grosso, Pelai Pelaiz, Iohan Roderici, Iohan Pelaiz et toto concilio de Pozolo

de Campo, qui viderunt et audierunt, et cum multis aliis confirmaverunt.

Isti sunt qui fidelitatem et obedientiam iuraverunt Ecclesie Sancti Isidori et domno Facundo abbati pro toto Concilio de Pozolo: Pelagius Filolo, domnus Vere[mundus], Gundisalus Ramiri, Petrus Bafa, domnus Facundus, Michael Posado, domnus Benedictus, domnus Fernandus, Iohannes de Cotanes, domnus Gundisalvus.

XLII

Fuero concedido por el abad del Monasterio de Santa María de Husillos, Ramón, á los habitantes de San Julián.

1161, Septiembre 21.

Mss. Q. 91 (siglo XVIII), fol. 72. Biblioteca Nacional.

In nomine Domini nostri Ihesuchristi, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Reymundus Dei gratia abbas Sancte Marie de Fusillis facio cartam firmitatis et textum scripture in perpetuum valituram Concilio de Sancto Iuliano et omnibus hominibus tam presentibus quam futuris in eadem villa morantibus per presentem scripturam, donans et concedens eis forum:

1. Ut unoquoque anno decem et octo sernas faciant canonicis Sancte Marie presentibus et futuris, duodecim a festivitate S. Ioannis, hoc videlicet modo: ut quicunque in predicta villa fuerit et facta admonitione sayonis ad sernam cum hora non venerit, altera die pectet unum carnerum; et iste serne fiant in termino Sancti Iuliani et in termino Fusillis et non alibi; et serna vindemiarum computetur pro duabus. Et cum homines Sancti Iuliani ad sernam fuerint faciendam, canonici faciant fieri de guarta Palencie decem et sex panes, et dent unicuique duos panes, unum de tritico et alium de ordeo.

2. Itaque molant sine machila: absolvo et eis ollas.

3. Preterea mando et concedo, ut nullus deinceps, dominus vel merinus aut sayo aut aliquis alius, in predicta villa de Sancto Iuliano potestatem aliquam habens, iniuriam inferat vel vim faciat alicui in predicta villa morantis, calumniam suam iuste requirat et secundum forum terre.

4. Et de tota calumnia manifesta et de homicidio manifesto, non habeat dominus nisi medietatem.

5. Concedo et vobis, ut pro illis qui in igne, vel aqua, vel puteo, vel terrero, vel silo, vel sub pariete mortui fuerint, homicidium a vobis nullatenus exigatur: verumtamen pro illo, quem canis vel bestia interfecerit, domino ville damnatorem tradatis.

Si quis autem cuiuscunque generis sit vel ordinis hanc donationis et confirmationis cartam infregerit vel diminuerit, anathemate feriatur, et cum Datam et Abyron et Iuda proditore in inferno damnetur. Facta carta in Fusellis XI kalendas octobris feria 1.ª, era MCXCIX. Ildefonso rege filio regis Sanctii regnante in Toleto et in Naiera et in Castela. Regnante Ferdinando in Legione et in Galecia. Domnus Raymundus episcopus Palentia, cuius mandato et voluntate carta hec facta est. Preterea sciendum, quod nullam sernam faciant homines de Sancto Iuliano die sabbati neque die lune, et cum fecerint sernam, detur unicusque obolata casei et quatuor una terracia vini, preter in serna vindemiarum, ubi non debent habere nisi panem tantum. Petrus Cidis testis. Magister Ricardus sacrista testis et conf. Comes Almanricus dominus in Toleto. Gutierrius Ferdinandus potestas in Castella. Nunnius Petri potestas in Avia et in Fraria. Dominus Volo potestas in Saldania et in Carrione.

XLIII

Rodrigo de las Fuentes y su mujer Gerolda reconocen por su señor á Pedro Nunniz de Arcas.

1162, Abril 8.

Documento particular del Monasterio de Benevivere, núm. 6. Copia del siglo XIII, en pergamino. Archivo Histórico Nacional.
Muñoz, *Colección de fueros municipales y cartas pueblas*. Madrid, 1847, página 141.

In Dei nomine, amen. Sepan quantos esta carta viren, commo yo D. Rodrigo de las Fuentes de Pereda, estando en todo mio seso e en toda mia memoria con mia muger dona Girolda en iur nuestro de heredamiento nuestro de bienfetria, e porque yo D. Rodrigo sobre-

dicho non aviendo senor, salvo en la merced de Dios, asenoreme con Pero Nunniz de Artaos é tomelo por senor, que me anparasse é de me defendisse á mi é á todos aquellos que en este heredamiento sobredicho morassen, por tal fuero: un par de lonbos é una ymina de cebada perla y medida de Riano é seis panes é una canadiela de sidra. E yo Pero Nunniz cavallero Dartaos sobredicho en todo mio ssesso é en toda mia memoria sin premia ninguna me obligo por este fuero, que me vos dides, de anpararvos é defendervos en todo derecho yo é aquelos que de mia generacion venieren; é yo don Rodrigo sobredicho me obligo por mi é por todos aquelos que de mia generacion, que en este heredamiento sobredicho moraren, de non seer vasalos de otro ninguno senon de vos Pero Nunniz sobredicho ó daquelos que de vestra generacion venieren, daquel que nos mais pagarmos et nos meyor anpararnos, anparar é defendir, é los otros de vestra generacion que non ayam ningun poderio sobre nos de nos demandar nin de pasar contra nos en ninguna cossa, se non aquel que tovier el senorio que aya aquel fuero assi commo sobre dicho es et no li passe á mais, et si nos á mais passaren, terra ó prado ó casa, ó alguna de los sos bienes lis tomaren daquel heredamiento, que sea estimado por omes bonos é pechado con el doblo á sos duenos é las novenas al Rey, é el heredamiento estar que estar, é se esto non nos valir que ayades poderio de vos ir á la iusticia maior del Rey, que vos afore assi como ayar en derecho. Otrossi yo Pero Nunniz por mi é por aquelos de mia generacion foren, que este senorío tovier, é yo don Rodrigo por mi é por los de mi generacion en este heredamiento moraren, ambos é dos de mancomun, otorgamos destar á todas estas cossas commo dichas son, é mais ponemos sobre ambas las partes, que aquel que lo quebrantar de nos é de aqûelos que de nos venieren sean malditos é descomulgados é con Judas en efierno damnados é pechen en coto mil maravedis é una meaya doro al Rey é la meitat á los duenos del heredamiento. Fecha esta carta en era de mil é CC annos ocho díes dabril, rengnante el re don Fernando. Teniente terra Dalión Johan Fernandez de Riero. Juices en essa misma terra, Pero Pelaz de Ceyera é don Perote Daliam. Merino del fuero, Martin Canal. Testes don Rodrigo Prior de Pereda... Rodrigo cavallero morador en Riano... es bonos...

XLIV

Pleito entre el abad del Monasterio de Sobrado y Pedro Muñoz sobre la pertenencia de ciertos hombres, fallado por el obispo de Lugo Juan, comisionado al efecto por el rey Fernando II.

1168.

Cartulario del Monasterio de Sobrado. Tomo II, fol. 17 r. y v.

Orta fuit intentio inter fratres Superaddi et domnum Petrum Munionem filium comitis Munionis et comitisse Lupe Petri una cum multitudine populorum rusticorum super hereditates et super homines de terra Superaddi; quia ipse dominus Petrus tenebat turrem de Aranga et terram Superaddi, partem terre huius pro domino rege Fernando, et aliam partem pro archiepiscopo domno Petro Gudesteici, qui in illo tempore erat adversarius Superaddi pro causa archiepiscopi domni Martini, et de hac actione consilium eius precedebat. Unde devenerunt in presentiam domni Fernandi regis in civitate Lucensi et dixerunt suos assertos unus ad alios, et postquam audivit domnus Rex suos assertos mandavit, ut venissent bonos homines ipsius terre, qui veritatem inter illis exquisisent, pernominatos, domnus Iohannes Lucensis episcopus et Rudericus Suariz et Fernandus Suariz et Nuno Suariz. Isti quatuor firmaverunt in manu Regis, ut veritatem exquisissent inter illos pro posse, et episcopus domnus Iohannes fuisset vicarium ex parte Regis per quem ista exquisa completa fuisset in loco predicto Superaddo, et sic fecerunt. Et istos exquisitores, sicut invenerunt in ore hominum veteranorum pro directo et rectum viderunt, ita fecerunt; et diviserunt inter illos illas hereditates et illos homines. Dederunt itaque fratribus totam hereditatem regiam, quomodo eam habuerant ab antiquo tempore, pro iure et voce Superaddi et hereditatem de condado et de mortuorum et suas emptiones sive testationes et commutationes et donationes sive ganancias, quas iam habebant vel deinceps ganare potuissent, infra suos terminos, quos domnus imperator Adefonsus et comes domnus Fernandus Petri et frater eius domnus Veremudus una cum

filia sua domna Urracha Veremudi deovota et omni voci sue dederunt fratribus Superaddi ordinem Cisterciensis et Clarevallensis tenentibus, quomodo resonat in suas cartas, de quo fecerunt testationem et donationem sive confirmationem ad prefatum monasterium: scilicet per illos terminos, quos regina domna Urracha et filius eius domnus Adefonsus imperator miserunt in illas cartas per ubi ipsam hereditatem de Superaddo dederunt comiti domni Fernandi et domni Veremudi et nominatas hereditates de Felicoso et de Presares cum adiuncioniibus suis, quos adhuc fratres non receperant. Hic presente, deliberavit eas Petrus Munioni in manu episcopi Iohannis Lucensis, et domnus episcopus dedit illas hereditates desuper nominatas fratribus Superaddi, et de illos homines habuissent suos carpentarios et petrarios et buarios et vaccarios et equarios et cuncti custodes peccorum sive gregum, et ceteri, qui pro victu et vestitu vel stipendiis in cunctis domibus suis servire voluissent vel cum illis ambulassent, et liberos et quietos... illos et omnia sua habuissent, et si magis eis necesse fuisset, sponte et non invitus eos requisissent; et Petrus Munioni tenuisset totam aliam terram populatam, et vocem rusticorum cum sua propria directura liberam et quietam esse de voce Superaddi. Ita constituimus et laudamus inter illos pro directo, ut maneant firmiter in perpetuum evo perhenni secula cuncta amen. Et quisquis hoc fregerit, ad vocem alterius pariat mille aureos. Nos iam supranominati hoc confirmamus et laudamus et ceteri plures qui viderunt et audierunt testes et confratres. Et sciendum quod ecclesia Sancti Iuliani et ecclesia de Avelanedo et ecclesia Alba cum omni sua voce sive hominibus ad opus Ecclesie et opus monasterii Superaddi liberos et quietos permaneant apud fratres, quia sic eos in suo iure et in suis testamentis per auctoritatem regalem et principum terre huius qui ante nos fuerunt. Similiter et villa Quitizana. (Siguen los confirmantes.) Iohannes Lucensis episcopus. Rudericus Suariz. Fernandus Suariz. Nuno Suariz. Trillado. Petrus Froiaz. Veremudus Froiaz. Pelagius Iohannis. Abbas Mosoncii. Abbas Antonini. Abbas Ciniensis. Ovecus Munici. Archidiaconus Suarius. Archidiaconus Iohannes Ruderici.

XLV

Fernando II confirma al Monasterio de San Martín de Jubia todos sus derechos, heredades, hombres y cotos presentes y futuros y prohibe á los nobles, á las gentes de su séquito y á los rústicos, so pena de confiscación, usurpar las heredades de los monjes y tomar por concubinas, como solían, á las siervas del Monasterio, y aun por mujeres sin permiso del prior, disponiendo que se separasen de ellas cuando no mediaba este requisito.

1169, Abril 1.

Muñoz, *Colección de Fueros*, págs. 164-165.

In nomine Domini nostri Iesuchristi, amen. Inter cetera que regiam maiestatem decorare videntur, summa et precipua virtus est sancta loca et religiosas personas diligere ac venerari, manutere et defendere, contra pravorum insidias sue protectionis munimine confovere. Hinc est, quod ego dominus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex per scriptum firmissimum in perpetuum valiturum concedo Deo et monasterio Sancti Martini de Iuvia, vobis Constantino eiusdem loci priori et omnibus sucessoribus vestris, omne ius et hereditates, homines et cautos, quos in tempore tam avorum quam patris mei imperatoris Alfonsi habuit, et in diebus meis habere, et deinceps in perpetuum acquirere potuerit. Mos pessimus inolevit, ut milites et satellites necnon et rustici, contra statuta canonum ac regum decreta, ancillas religiosorum ducant concubinas, quarum ocasione cautos irrumpere et possessiones eorum invadere non verentur, nec est qui prohibeat eos, cuius mali periculum non solum facientes verum et consentientes involvit. Ne ergo tanti criminis reatus nos quoque respiciat, huic tam flagitioso piaculo pro posse obviare debemus. Mando itaque, quod ab hodierno die et deinceps nullus nobilium sive ignobilium, militum, satellitum seu rusticorum presumat ancillas vestras sine consensu vestro uxores ducere, vel hereditates vestras usurpare. Porro illi qui presuntuosa temeritate et temeraria presumptione ancillas vestras uxores copulaverint, precipio ut primus dimittant. Quod si facere noluerint, exheredentur et hereditates eorum in regalia redigantur. Si quis autem hoc scriptum aliquatenus infringere temptaverit, ira omnipotens Dei cum regia indignatione incurrat et cum Iuda traditore penas luat eternas insuper et pro ausu temerario regie parti pariat VI libras auri. Facta in era MCCVII et quod kalendas aprilis. Regnante rege domino Fernando in Legione et in Asturiis et in Gallecia. Comes Rudericus Alvari conf. Comes Ramirus conf. Comes Petrus conf.

Comes Gundisalvi conf. Fernandus Ruderici conf. Alvarus Ruderici signifer Regis conf. Gundisalvus Gundisalvi conf. Fernandus Baldrin conf. In Compostella sede presidente archiepiscopo domino Petro conf. Petrus Auriensis episcopus conf. Ioannes Lucensis episcopus conf. Abbas Egidius supradicti notarius conf. Petrus de Ponte notarius Regis notavit et confirmat.

XLVI

Fuero otorgado á los pobladores de Alhóndiga por el prior de la orden del Hospital, Juan, al fundar la villa, y confirmado por el comendador de la Orden en España, Raimbaldo.

1170, Abril.

Copia del siglo XIII, en pergamino. Biblioteca de la Academia de la Historia. CATALINA GARCÍA, en el *Boletín de la Real Academia de la Historia*, tomo XXXV, Madrid, 1899, págs. 472-475.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Notum sit omnibus, quod nos frater Raymbaldus domorum hospitalis Iherosolimitani per Ispaniam comendator cum consilio et assensu fratrum nostrorum tocius capituli generalis, concedimus et confirmamus populatoribus de Alfondega nostris presentibus et futuris illam cartam quam frater Iohannes prior vobis dedit, quando primo Alfondegam populavit, sub tali forma: Hec est carta quod facio ego Iohannes prior qui populavi Alfondega populatoribus eiusdem ville cupiendo populare eam, et isti sunt foros de Alfondega:

1. Quod det unusquisque vicinorum de Alfondega .I. mencal in die festum Sancti Michaelis, decimas et primicias legitime ecclesie Hospitalis.

2. Et el forno de palacio, si coxerit, cogat a XXX panes et aliut non fiat in villa; et si panis se dampnaverit, pectet eum el fornero. Et si sennior furnum ville bene paratum non tenuerit, ut bonum panem cogat, unusquisque faciat furnum suum sine calumpnia quoadusque senior furnum suum adobet.

3. Quisquis furaverit per diem et ibi captus fuerit, pectet .I. mora beti et duplet furtum, et si furaverit per noctem pectet forum Dopte.

4. Quisquis percusserit alium cum pugno in facie pectet III morabetis, et si negaverit, iuret ipse cum alios tres vicinos et cum manquadra; et si percusserit cum pugno in alio loco corporis, pectet I morabeti, et si negaverit, iuret, qui percusserit, solus sine manquadra.

5. Quisquis percusserit alium cum cutello vel cum armas bedadas, pectet X morabetis et sanet livores, et si percussus firmare non potuerit, iuret alius cum alios tres vicinos et cum manquadra.

6. Quisquis occiderit hominem sine disfidiamento vel rapuerit mulierem aut filiam vicini sui, pectet forum Dopte.

7. Quisquis exhereditaverit aliquem, sit forum Dopte.

8. Si aliquid quadrupes fecerit dampnum in vineis vel in ortos, pectet una quarta, et si negaverit qui fecit dampnum, iuret solus sine manquadra.

9. Quisquis fronteram suam tenuerit apertam, non colligat calumpniam ex dampno quod ei fecerint, et si aliquis vicinus dampnum acceperit per fronteram suam, ipse pectet dampnum.

10. Quisquis venerit in bando contra vicinum suum et traxerit cutellum vel arma bedada et percusserit cum ea, pectet XIII morabetis, et si non percusserit, pro bando, pectet I morabeti, et si negaverit qui percussit, iuret cum alios tres vicinos et cum manquadra.

11. Quisquis messaverit alium, pectet I morabeti, et si negaverit, iuret cum alio vicino et cum manquadra.

12. Quisquis vocaverit nomine castelle vel cornuto vel traditorem, pectet I morabeti, et si negaverit iuret solus sine manquadra.

13. Quisquis populare venerit in Alfondega, nisi pectum cassaverit sennioris, non pectet per unum annum seniori nec concilio.

14. Quisquis fuerit atemplant, media pecta seniori et concilio.

15. Iudex et alcaldes duos intrent pro manu senioris et concilii. Unoquoque anno mutetur iudicem et alcaldes in die Natalis.

16. Quisquis non pectaverit seniori nec concilio, non pectet iudice nec sayoni.

17. Totas calumpnias sin divisas in tres partes: unam partem clamanti, aliam partem senniori, terciam partem iudici et alcaldibus concilio.

18. Nullus sine clamante respondeat senniori nec iudice nec alcaldibus.

19. Qui fuerit ortolanus alterius vel molinero vel iuvero non pectet.

20. Omnes homines domus Hospitalis talem forum habeant quomodo alios vicinos.

21. Vineas et ortos et hereditates Hospitalis talem forum habeant quomodo alios vicinorum.

22. Nullus vicinus Hospitalis eat in fonsado nisi per mandato regis.

23. Omnes textores istius ville texeant sayales XL et V cubitos per I mencal; lino et cannamo XXX cubitos per I mencal.

24. Qui vicinus fuerit et servicium Hospitalis fecerit, si aliquis ganato suo per vim rapuerit vel furatum et manifestaverit eum in terra xristianorum seniori, et senior non eum traxerit, vel directum clamanti accipere non fecerit in tempore quo acceperit sua renda, pectet pro bove vel baca III morabetis, pro rocim et pro iegua XX mencales, pro asno VIII mencales, pro ove et cabra I mencal.

25. Si aliquis populator exierit de Alfondega ad populandum in alio loco, pectet la renda semper et serviat ei hereditatem suam.

26. Quisquis iudicium habuerit cum alio et non placuerit ambobus iudicium alcaldorum et iactaverit se seniori, veniant ante illum, et nisi placuerit eis iudicium senioris, eant ad cartam et ibi cessent.

27. Si alicui caderit puteum suum aut parietem aut bestiam aliquem hominem occiderit, non pectet omicidium.

28. Quisquis pignoraverit vicinum suum cum alio vicino et ille cui pignorare debuerit pignus emparaverit, adducat ibi iudicem et pectet unam quartam clamanti et aliam iudici.

29. Si sennior habuerit rancura de aliquo vicino et vicinus dare potuerit sobrelevador et fiador de mandamiento, omnia sua sint salva.

30. Quisquis amparaverit pignus iudici pro rencura sua facta, pectet V solidos, et si emparaverit alcaldo pignus, alios V solidos.

31. Quisquis negaverit suo aver vicino suo per I mencal, qui negaverit, iuret solus sine manquadra; de I mencal usque ad sex iuret, qui negaverit, cum alio vicino et cum manquadra, et de sex asuso, qui negaverit, iuret cum alios duos vicinos et cum manquadra.

32. Quisquis iudicium habuerit cum alio, transseat per pesquisam iudicis et alcaldorum et aliis duobus bonis hominibus cum eis.

33. Omnia que non fuerint in hac carta ad iudicandum sint ad forum Dopte.

34. Iudex et alcaldes duos, qui fuerint in Alfondega, in omnes pectas sint excusati nisi in fossadera regis: in ipsa pectent sicut alii vicini.

35. Iudex et alcaldes unoquoque [anno] sint per tercias divisi ita, ut tercia [ex] qua uno anno fuerint iudex et alcaldes in alio anno mutentur in aliam partem.

36. Nullus sit iudex nec alcalde duos annos unum post alium, et qui esse voluerit, sit traditor et alevoso et falso ex domino et ex omni concilio.

37. Iudex et alcaldes in vereda regis vel in fossadera pares sint aliorum vicinorum.

38. Quisquis fuerit vicinus in Alfondega ortalano vel molinero vel iuvero et habuerit ex quo, pectet regi cum aliis vicinis.

Facta carta in mense aprilis. Regnante rege Aldefonso in Castella et in Toleta. Sub era MCCVIII. Dominus in Opte tunc temporis Gutier Marcos. Archiepiscopus in Toleta dominus Celebrunnus. Visores et auditores, quando Iohanes prior populavit Alfondegam et fecit et concessit hanc cartam, toti concilii Alfondega. In primis Dominico Munnioz de Valdolivas, qui fuit quinnonero. Garci similiter quinnonero. Insuper bisores et auditores don Garci Ordonnez qui fuit [quin] onnero. Garcias Sancius Benedicto. Iohannes Diez de Çorita. Petrus Michaelis. Don Florent. Dominicus Pedrez de Locadia. Quid hanc cartam et hos foros violare vel transmeare voluerit, quem Iohannes prior fecit et concessit, et insuper prior mayor scilicet domnus Petrus de las Eras similiter eam concessit [sit], maledictus et excomunicatus ex parte omnipotentis Dei et ex parte Beate Marie matris eius et omnium sanctorum Dei et pereat cum Datam et Abiron cum impiis in inferno inferiori per secula cuncta amen...

XLVII

Fuero dado por el Conde de Urgel, Armengol, su mujer Dulcia y su hijo Armengol al Concejo de Berrueco Pardo.

1171, Mayo 24.

Cartulario de la Orden de Santiago en León (siglo XIII), fols. 222 v.-223 r. y v. Archivo Histórico Nacional.

In Dei nomine. Notum sit cunctis presentibus atque futuris, qualiter ego Ermengaudus gratia Dei Urgellensium comes et uxor mea

Dulcia eadem gratia Urgellensium comitissa cum filio nostro Ermengaudo nos insimul de bona voluntate donamus vobis foro honorabili concello de Barroco Pardo.

1. In primis dico vobis, quod non eligatis alium seniorem nisi Deo et me atque posterita mea.

2. Et vos et ipsi qui in Barroco Pardo vel in suis terminis venierint date mihi et posterita mea unoquoque annum unum kafiz de pan, tercium triticum et tercium centenum et tercium ordeum. Qui non habuerit triticum det ordeum et centenum, et qui ordeum non habuerit det totum centenum et unum carner de quarta de morabitino. Istum forum faciant ipsi qui habeant X morabitinos, et super X morabitinos ad in ante quantum Deus eis dederit, et qui valente de X morabitinos non habeat et minus habeat, donet ipsum panem sicuti boni homines de concello videant pro bono et carne non.

3. Et ego Ermengaudus comes et mei relinquo vobis cocello de Berroco Pardo de gratis animo et spontanea voluntate ipsas hosas quod mihi hebitis facere cum lutuosa insimul omni tempore. Hoc facio per servicium bonum, quod semper spero de vobis habere ego et mea posterita.

4. Et si obiit aliquid militem sine filios vel filias et habeat cavallum et armas et si habeat filios vel filias, non donet mihi cavallum et armas sicut superius est scriptum.

5. Et si habuit aliquid homo muliere aut mulier habet virum et non habeat filios vel filias in quinque annos, qualis quid primus obiit done maneria ad comite et suis.

6. Et mulier vidua qui non habeat filios vel filias et non est tale quod accipiat virum et non habeat de quid faciat isto foro non faciat istum forum et si est tale quod habeat unde facere posset istum forum et viderent boni homines quod facere posset et habeat generum aut mancebum, faciat forum.

7. Et ipsi populatores qui in Barroco Pardo venient, non dent istum forum donec ad caput annum ad panem colectum.

8. Et de homicidio et rosso et ceteras alias calonias habeatis ad foro de Ledesma.

9. Et si aliquis homo vel femina querebat vendere sua hereditate, tale loco vendat eam quod comes et sui non perdant forum suum, et si hoc non faciunt, non possunt eam vendere.

10. Et si habet iugerum de bono homine qui non stet cum seniorem, et stet in sua mansione, faciat forum, et si stat cum seniorem, non faciat forum.

Facta carta VIIII kalendas iunii, sub era M.CC.VIIII.X. Regnante rege Fernando in Leone et in Gallecia et in Asturiis et in Estremadura. Archiepiscopus Petri in Sancti Iacobi. Episcopus Guillelmus in Zamora. Episcopus Vitalis in Salamanca. Si quis igitur tam de meo quam de aliorum genere istam cartam infringere vel dirrumpere voluerit, habeat ira Dei et maledictione Patris et Filii et Spiritus Sancti amen et postea componat eam in dupplo et sit carta firma. Ego Ermengaudus gratia Dei comes Urgellensi cum uxore mea et filiis et filiabus nostris hoc scriptum, quod iussimus scribere, et mandamus et roboramus et confirmamus et corroborare et confirmare nostris bonis milites et bonis hominis rogamus et mandamus et propriis manus nostras corroboramus et confirmamus. Ego Bernaldus de Midiano presens conf. Ego Petrus de Berzons maiordomo Comiti conf. Ego Martinus Isidoro de Ledesma presens conf. Ego Estevan Xemeno presens conf. Ego Petrus Melendis presens conf. Ego Escornavacas presens conf. Ego Barrat presens conf. Petrus levita scribanus Comiti scribsit et hoc signum fecit.

XLVIII

Fueros de San Miguel de Escalada, según la pesquisa hecha por el abad del Monasterio de San Isidoro, por orden del rey Fernando II.

1173

Documento particular del Monasterio de San Miguel de Escalada, núm. 12. Copia del siglo XIII, en pergamino. Archivo Histórico Nacional.

Fita, en el *Boletín de la Real Academia de la Historia*, tomo XXXII, Madrid, 1898, págs. 376-379.

Excellentissimo domino suo Hispaniarum regi Fernando, Martinus Dei gratia ecclesie Beati Hisidori abbas, necnon et Martinus Dei gratia ecclesie Beati Petri abbas, utriusque felicitatis gaudio perfrui. Per litteras vestras nobis mandastis antiquos foros honoris Sancti Michaelis exquirere.

1. Invenimus, quod per forum ad panem et ad vinum colligendum in unaquaque ebdomada unum diem ponere; panem et vinum collectum in unoquoque mense debent ponere duos dies.

2. Et debent dare per forum, medium estopum tritici et medium de centeno et singulas terrazas vini, et singulos lumbos, qui porcum occiderit, et inter duos unum arietem de duobus dentibus bonum, et qui arietem non habuerint, dent XIIII nummos. Et qui cum uno bove araverit, det mediam enforcionem; et qui bovem non habuerit, persolvat VI panes et mediam terrazam vini et unum lumbum aut unam gallinam.

3. Et prior Sancti Michaelis debet illis dare in illis diebus in quibus laboraverint a vino collecto usque in Pascha medium panem de trigo et medium de centeno et singulas tagaras vini; a Pascha usque ad vinum collectum, ad prandium pulmentum de ortis et fructum; ad cenam, quando mallaverint, det eis carnem aut vinum.

4. [Mont]es, devesos et sotos et usque quatuor vel quinque pelagos, in ceterum flumen vivant omnes. Omnes fractiones sint monasterii. [Ubic]umque voluerit senior, faciat molendinum. Homines ponant molendinos ubi senior non posuerit. Ut vero possent in sotos taliare vel stirpias [facere], convenerunt ut darent seniori quintam partem molendinorum quibus ibi fecerint. In monte super Val de Spino solumodo pascant erbas.

5. Quisquis [volu]erit discedere de solo, habeat novem dies et deferat suum habere mobile; hereditatem nullam deferant. Si fecerit calumpniam, persolvat [eam] antequam discedat. Si autem aliquis sine novem diebus discesserit, si senior in fugam eum capere potuerit, prendat ei omnia que [h]abuerit.

6. Inter se vendant hereditatem et supignorent, sicut est forum. Si aliquis ex necessitate famis hereditatem amiserit, redeat quando voluerit liber; sed si seniori calumpniam fecerit, persolvat eam quando venerit. Maiorinus monasterii, [que]eret in unaquaque villa sagionem, et dabunt ei, nec de maioribus nec de minoribus; usque ad annum, alium non dabunt ei. Si depossuerit post [du]os vel tres menses, persolvat unam reiam; si post medium annum, medium arietem; si annum integrum, arietem unum. Si calumpniam [la]xaverit, pectet eam.

7. Si senior quesierit aliquam calumpniam, det fidiatorem in quinque solidos; et senior non prendat casam ei nec ganatum. Si vero fidiatorem non dederit, prendat ganatum eius; si ganatum non habuerit, prendat casam; si casam non habuerit, prendat corpus eius.

8. Si duo [vel] tres fratres in unum habitaverint, unum forum faciant. Si vero per eminam aut colodram aliquis eorum cum aliis diviserit, statim singuli forum faciant.

9. Si quis ad mortem habuerit equum vel equam aut mulum vel mulam, senior accipiat meliorem in nucium. In omni honore currat manaria, qui filium aut netum non habuerit.

10. Si quis vulnus fecerit aut aliquem percusserit, senior accipiat vocem quamvis ei non detur. Si contigerit in monte, exquirant in pastoribus; si in villa, in videntibus; si in nocte, det salvam.

11. Super hec omnia, nec panem nec vinum dent seniori nec maiorino nec sagioni nisi [volue]rint.

12. Si extra villam seniorem vel maiorinum aliquis ad aliquam causam levaverit, procuret eum.

13. Si quis ad vocationem serne per negligentiam non venerit [vel] opus bene non fecerit, pectet unum arietem per manum trium vel quatuor bonorum virorum.

14. Qui vulnus fecerit in ioco sine ira, non pectet eam.

15. Terciam partem de calumpnia dimittimus propter amorem Dei.

16. Sagio habeat suum excusatum, et stet super operarios donec opus perficiatur. Vacarius non faciat senram in die serne.

17. Si quis habuerit filium aut famulum, et fecerit calumpniam et inde discesserit et ad domum parentis vel senioris non redierit, de eo non respondeat; sed si redierit, [de eo] respondeat. Infans usquequo dentes mutaverit, non pectet calumpniam.

18. Iuvenis, qui mulierem acceperit et ... habuerit, non faciat forum usque ad annum; sed quando collegerit panem aut vinum, tunc faciat forum. Vidua mulier det osas; et separationes et coniunc[tiones] persolvat si pecuniam diviserint, nisi episcopus eos ...

19. De egresso ab hereditate sua in tempore Imperatoris et infantisse domne Sancie, sicut consuetudo fuit, ita redeat.

20. Rex Fernandus pro anima sua et parentum suorum dat populatoribus Sancti Michaelis de Scalada atque dimitit ut non eant in fossado neque dent fossaderia.

Facta carta era M.ª CC.ª XI.ª. Rege domno Fernando regnante in Legione et Gallecia et Asturiis et Stremadura. Et si quid oblivioni traditum est et hic non scriptum, secundum forum terre dent, et in pace vivamus. Iohanne Albertini in Legione episcopo existente. Fernando Roderici in eadem villa dominante. Alvarus Roderici maiordomus. Petrus Roderici. Guterius Roderici, conf. Fernandus Roderici. Pelagius Tablatelli. Petrus Didaci. Sancius Didaci. Nunnus Menendiz. Froila Ra-

miriz, Garcia Ramiriz, conf. Qui presentes fuerunt: Petrus testis, Dominicus testis, Pelagius testis. Iohannes notuit.

XLIX

Fuero otorgado por Gutierre Diaz y su mujer Teresa á los pobladores de Villavaruz de Rioseco.

1181, Agosto 18.

Documento particular del Monasterio de Santa María de Aguilar de Campóo, núm. 12. Original. Archivo Histórico Nacional.

Sub imperio Omnipotentis Dei Patris et Filii et Spirite Sancti, qui es unus et admirabilis Deus, omnia in omnia ex nichilo creavit et creata regit atque gubernat, cuius regnum et imperium sine fine permanet glo[rio]sum, amen. Ego Goterius Diaz et uxor mea domna Taresa una cum filiis nostris, timens penas inferni, cupimus pervenire ad gaudia paradisi; et pro remedio animarum nostrarum vel parentorum nostrorum atque fidelium Dei tam vivorum quam defunctorum et propter amorem Dei et sancte Dei Genitricis et Virginis Marie et omnium sanctorum Dei, saccamus foros malos de nostra hereditate de Villavaruz de Rivosicco et damus ibi foros.

1. Ut illi homines, qui ibi populati sunt in nostra hereditate vel ad populandum ibi venerint, non pectent nuncium, nec manaria, nec osas, nec roxo, nec exebraduras inter maritum et uxorem; et si vir dimiserit uxorem suam, pectet unum carnerium, et si mulier dimiserit virum suum pectet III solidos.

2. Si filia cuiuslibet homini tam escosa quam etiam vidua fornicaverit, nec sit presa nec parentes eius, nec pectet illa nec parentes eius.

3. Et qui calumniam fecerit, tres partes de ipsa calumpnia fiant solute et quartam partem roget aut pectet quantum potuerit.

4. Et homo nec femina non fiant presos, nec infiziatos, nec sua domo nec suo avere.

5. Si senior eis demandaverit calumpniam, prendat eis suum ganatum de foras in campo et det eis ganatum infiziatum.

6. Et de calumpniam quam super illum invenerit per directum et per pesquisa recta, pectet inde quartam partem aut roget illa.

7. Et non faciat fossatum nec det fossadera, nisi per regem certatum, quando fuerint toti homines de la terra pedones et cavaleros.

8. Et si colazo se quesierit mutare, stet XXX dies in suas casas, et si in istos XXX dies non se adoba cum suo seniore, det ei senior alios VIIII dies, et si in istos VIIII dies non potuerit adobare cum suo seniore, levet toto suo, et qui se mutaverit et prestamum tenuerit det inde quartum.

9. Et si aliquis homicidium fecerit, pariat dominus eius cum uxore toto suo movibile.

10. Et tam longe vadat pedone vel cavalero in mandadaria, ut ipsa die possit reverti in domum suam, et fiat excusado uno die de illa serna et dominus det ei suum conductum.

11. Et pedones faciant serna de mense in mense, et qui eos ad illa serna adduxerit, det eis panem et vinum ad saturitatem.

12. Et si aliquis noluerit ire in mandadaria aut noluerit venire ad illam sernam, pectet unum carnerium.

13. Et cavaleros faciant serna sex diebus in anno et tres dies eos dominus panem et vinum et carnem et si noluerit ita dare pindrent per hoc sine calumpnia.

14. Et iudex sit per manu de concilio positus unoquoque anno et nullus homo non tollat pindram vel canatum ad iudicem et tamen si aliquis tollerit pectet ad dominum V solidos.

Et ego Gotier Die una cum uxore mea dona Taresa et filiis nostris damus et affirmamus ad istos nostros colazos et ad ista nostra hereditate totos istos bonos foros usque im perpetuum, et si aliquis homo, quod fieri non credimus, qui hunc factum nostrum vel cartulam istam infringere quesierit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus, et pectet in coto mille libras auri purissimi ad dominum vel qui sua voce pulsaverit. Facta kartula notum die quod erit XV kalendas septembris. In Era M.CC.XVIIII. Regnante rege Fernando in Legione et in Gallecia et rex Adefonsus in Castella et in Toletula et uxor sua Alienors. Comite Fernando in Conca et in Tamariz. Rioic Goterriz in Caron. Tel Petri in Meneses. Pelai Micaliz in Matella. Episcopus Raimundus Palentine sedis. Episcopus Maenric Legionense sedis. Qui presentes fuerunt testes et confirmatores: Feran Pelaiz conf. D. Telo conf. Gonzalvo Roman conf. Gile presbiter conf. Gozalvo Petri testes. Petro Pelaiz testes. Domingo Pelaiz testes. Roma Petriz testes. Iohannes notuit.

Ile homo qui pauper est qui calumniam fecerit prende illum usque de fiador. Et iudex habez I car de palea pur le pan de serna, et qui habet suun solo e fuos granges qual dixerint suos cumparneres qui seiz dreich. El collaz qui se quere mudar, vaiasi cum de los autres herederes de la villa. Si cum de Cunca e de Tamariz et de Villaramiel e de Rel collaz quisierit mudar, apreciar quant valir e darle senior e si non quisere levar totum suas casas.

L

Fuero otorgado á los habitantes de Santa María de Cortes por el Cabildo de la Iglesia de Toledo.

1180-1182.

Mss. Dd. 42 (siglo XVIII), fol. 85. Biblioteca Nacional.

CATALINA GARCÍA, *Discursos leídos ante la Real Academia de la Historia.* Madrid, 1894, págs. 112-113.

In Dei nomine et eius gracia. Nos conventus Toletane Ecclesie damus et concedimus has institutiones seu consuetudines in presenti pagina scriptas populatoribus ville nostre que dicitur Sanctam Maria de Cortes tam presentibus quam futuris. Quam villam videlicet dominus noster Cerebrunus sancte recordationis archiepiscopus pro aniversario suo nobis in perpetuo abendam dedit et concessit.

1. In primis statuimus, quod omnis populator Sancte Marie de Cortes qui iuga boum habuerit ad arandum tot metchales pectet; si non habuerit nisi unum bovem pectet medium methcal, et qui habuerit domum et quinnon vel domum et vineam tantum pectet medium methcal; et qui habuerit domum tantum pectet quartam de methcal.

2. Statuimus etiam, quod homines eiusdem ville non habeant maneriam et qui non habuerit filium aut parentes mandet res suas cuicumque voluerit. Et si forte intestatus deceserit, omnes res illius cedant in ius et potestatem domini, si filium aut parentes non habuerit sicut iam dictum [est].

3. Item si archiepiscopus vel canonici facere voluerint fonsado, soli milites eant in fonsado, et pedites remaneant et custodiant villam suam. Et si quis militum hoc non fecerit, pectet canonicis duos morabetinos.

4. Item milites vel pedites eiusdem ville, qui militaverint in guardia vel in fonsado, habeant illum forum quod habent vicini sui de aliis viciniis in suis elechas et in suo quintar.

5. Item infançones et milites et iudei et sarraceni, qui venerint ad populandum ad Sanctam Mariam de Cortes, habeant talem calupniam et tale forum sicut alii populatores.

6. Item iudex vel alcalde qui pignoraverit racione calupnie, accipiat fiadores et solvat pignora.

7. Item dominus ville nichil accipiat per violentiam, sed si quid ei necessarium fuerit emat de suo.

8. Item omnis populator eiusdem ville post annum habeat ius et potestatem vendendi hereditatem suam iuxta forum aliorum eiusdem ville, sed non vendat nisi vicino suo de eadem villa.

9. Item sarraceni liberi, si cum pro recua mercaturam venerint ad eandem villam sint securi; et si quis eis nocuerit, pectec LX solidos.

10. Item si quis habens hereditatem in eadem villa populaverit in alio loco, faciat posta et facendera et ius suum canonicis Sancte Marie sicuti alii vicini de ipsa villa.

11. Item iudex et alcaldes sint de ipsa villa, et mutentur singulis anis per manus maiorisdomus canonicorum Sancte Marie.

12. Item si quis militum vel peditum acceperint sarracenum qui teneat servitium Regis, si canonici voluerint eum habere, dent pro eo C morabetinos et habeant illum.

13. Item nemo vicinus eiusdem ville sit alcayde in eadem villa.

14. Item si quis forte occiderit hominem et non sponte, pectet homicilio et non sit inimicus nec pectet coto.

15. Item si quis eiusdem ville noluerit recipere iudicium de suis alcaldibus et appellaverit ad capitulum Sancte Marie, liceat ei ire, et si idem iudicium sibi a capitulo iudicatum fuerit quod iudicabatur a suis alcaldibus, pectet suo contendor expensas itineris, scilicet medium morabetinum.

Ego Vivianus prior confirmo. Ego Iohanes sacrista conf. Dominicus archipresbiter. Ego Martinus presbiter conf. Ego Didacus capellanus conf. Ego Vitalis diaconus conf. Ego Rodericus diaconus conf. Ego Girardus dictus magister conf. Ego Michael Petri subdiaconus conf. Ego magister Michael conf. Raymundus capellanus conf. Ego Paulus presbiter conf. Ego Petrus Simberti diaconus conf. (Siguen otros nombres).

LI

Fernando II de León y su hijo el rey Alfonso, donan á la Orden de Santiago la prestación llamada «nuncio», que los caballeros de aquel reino debían dar á los nobles de quienes dependían antes de entrar en la Orden.

1184, Febrero 21.

Bullarium equestris Ordinis S. Jacobi. Madrid, 1719, págs. 28-29.

In Dei nomine. Ego rex domnus Fernandus una cum filio meo rege domno Alfonso universis per regnum meum constitutis notum facio, quod dono et concedo et remitto modis omnibus Deo et magistro Petro Fernandi et fratribus militie Sancti Iacobi omne illud nuncium, quod nobiles terre mee a militibus capere debent, qui in ipso Ordine Sancti Iacobi religionis habitum sibi vellent eligere et suscipere; ita quod licet aliquis militum per regnum meum huius Ordinis habitum susceperit, non nisi eidem Ordini et magistro suo et fratribus universis, qui sunt et erunt, nuncium de ipsis dare compellatur. Et istud facio amore Dei et magistri domni Petri Fernandi et fratrum militie Sancti Iacobi in perpetuum duraturum. Unde quicumque contra istud venerit, iram meam incurrat, nuncium reddat fratribus in quadruplum, et mihi et regie voci tria millia aureorum reddet in penam, et hoc scriptum semper sit firmum. Facta carta apud Canceres VIII kal. martii, era M.CC.XXII Regnante rege domno Fernando Legione, Gallecia, Asturiis et Extrematura. Ego domnus Fernandus una cum filio meo rege domno Alfonso hoc scriptum, quod fieri iussi, proprio robore confirmo. Petrus Compostellanus archiepiscopus conf. Manricus Legionensis episcopus conf. Rodericus Ovetensis episcopus conf. Willelmus Zemorensis episcopus conf. Vitalis Salmantinus episcopus conf. Petrus Civitatensis episcopus conf. Arnaldus Cauriensis episcopus conf. Fernandus Roderici Castellanus dominans in Asturiis conf. Comes Gomez in Transtamaro conf. Comes Fernandus in Limia conf. Comes Aldefonsus in Bercido conf. Froila Ramirez Regis signifer conf. Ego magister Bernardus domini regis Fernandi notarius per manum Petri Vele archidiaconi Compostellani, Regis cancellarii, scribere iussi et confirmo.

LII

Fuero otorgado por el abad del Monasterio de Oña, D. Pedro, á los pobladores de Cornudilla, modificando el que tenían anteriormente.

1187.

Documento particular del Monasterio de Oña, núm. 43. Original. Archivo Histórico Nacional.

In Dei nomine. Ego Petrus Dei gracia Honiensis abbas ex consensu domini mei regis Aldefonsi et cum voluntate totius conventus Sancti Salvatoris concedimus et confirmamus illam cartam et illum forum quod abbas Iohannes II^{us} dedit populatoribus et hominibus de villa nova que dicitur Cornutella, et subtraimus inde quedam et addimus alia que melioranda noscuntur.

1. Constituimus itaque, ut de unaquaque domo, de Sancto Michaele usque ad festum Sancti Martini, dent II^{os} solidos domino abbati et monachis Honie singulis annis, sicut solent dare.

2. Quicumque homicidium fecerit, pectet de suo, et alii non pectent.

3. De manneria V^{e} solidos pro foro, et quod remanserit habeant sui parentes, vel ille cui mannerus mandaverit.

4. De calonia que cognita fuerit, medietas sit in terra.

5. Quicumque iuratores debuerit dare domino suo vel vicinis suis vel aliis hominibus pro qualibet causa, det iuratores de ipsa villa.

6. Si aliquis homo forro ex nostra hereditate venerit populare ad ipsam villam, adducat suam partem ita quod non relinquat heremum solare patris vel matris.

7. Et nullus sayon intret in ipsam villam, sed tres iudices vel IIII^{tuor} quos omnem concilium eius elegerit sint positi ad danda pignora et ad testandas hereditates.

8. Et nullius generis animalia pignorentur, sed de domestico mobile pignus accipiatur.

9. Quicumque etiam domos habuerit et vicinus fuerit in ipsa villa, non det portaticum in ipso mercato.

10. De unaquaque domo dent nobis adiutorium duos dies in anno,

unum in arare et alterum in segare; ita tamen, ut habeant operarii panem et vinum et carnem.

11. Et damus hominibus de ipsa villa illam sernam de la Cuesta et illam del Mercado, pro exitu de la villa. Donamus etiam illos hortos cum suo calze del molino, ubi melius potuerit esse per ipsas sernas.

12. Confirmamus etiam predicte ville suos terminos quomodo exit de ipsa villa et vadit carrera publica usque ad Cornutellam maiorem, et ad viam que exit de Fermosiella ad Sanctum Faustum, et inde per aliam unde revertitur ad vineam que fuit de Garsia Roiz.

Facta carta era M CC XX V. Regnante rege Aldefonso in Toleto et Conca et Extrematura, Burgis, Nagera et in tota Castella. Rudericus Guterrez maiordomus Regis. Comes Fredinandus alferiz Regis et dominus de Borovia. Lop Diaz de Fitero merinus Regis. Gil Gomez dominus de Castella Vetula. Ego Petrus, qui hanc cartam cum consensu totius nostre congregationis fieri mandavi, mea manu confirmo. Prior Petrus Garsias conf. Petrus helemosinarius conf. Dominicus camerarius conf. Dominicus Cellaperlatensis conf. Rudericus Tellatensis conf. et omnis conventus monachorum Sancti Salvatoris Honie conf. Si quis vero ex successoribus nostris vel cuiuscumque persona hanc cartam confirmationis frangere voluerit, ex parte Dei omnipotentis et omnium sanctorum sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda Domini proditore in inferno inferiori in perpetuum condempnatus, amen. Petrus Girald scripsit.

LIII

Los propietarios de la villa de San Miguel del Camino reconocen el señorío de la casa de San Marcos de León de la Orden de Santiago y fijan las obligaciones que adquirían por este concepto.

1187, Agosto 15.

Documento particular de San Marcos de León, núm. 55. Original. Archivo Histórico Nacional.

In nomine Domini nostri Ihesuchristi. Sub era M CC XV et quod XVIII kalendas septembris. Nos heredes, qui moramus in illa villa de Camino que dicitur Sanctus Michael, facimus kartam donationis omnis

hereditatis nostre, quam in ipsa supra nominata villa habemus: scilicet casas, terras, vineas, ortos, palombares, casas populatas et impopulatas, solares, divisas cum exitu et regressu, arbores fructuosas et infructuosas, montes, fontes, et quantum ibi habemus vel habere debemus. Hoc facimus pro amore Dei et remissione peccatorum nostrorum et parentum nostrorum, nullo cogentis imperio nec suadentis articulo, sed nostra propria bona voluntate domni Sancti Marci et fratribus ibi conmorantibus, quod semper ibi sit servitura servitio nominato.

1. Ut de unaquaque domo persolvant II^os^ solidos currentis monete in festivitate Sancti Martini, et si isti II° solidi uniuscuiusque prolongati fuerint, sint traditi in VIII° die post festivitatem Sancti Martini, et si dare eos noluerint homo Sancti Marci accipiat pignora in duplum intra domum, et qui illa pignora defenderit, pectet V^e^ solidos; et ipsa pignora sint retenta in ipsa villa usque ad VIIII dies, et si non extracxerint ea pignora usque ad VIIII dies, sint perdita.

2. Et si inter se rixati fuerint, et ibi calumniam fecerint, quicumque voluerit ipsam calumniam dare domino, extrahat eam dominus et tribuat medietatem ipsius calumnie illi qui vulneratus fuerit; et si eam caluniam noluerit dare domino, non accipiat eam dominus vi, et si aliquis extra villam fecerit eis iniuriam, ipsam calumniam extrahat eam dominus et tribuat medietatem livoratis.

3. Et pro aliqua causa non inducat alium hominem contra vicinos et dominum.

4. Et si aliquis istam hereditatem dare vel vendere, voluerit, vendat vel donet illi qui super nominatum forum persolvat, sed non vendat eam ulli sanctitati nec ullo filio de algo.

5. Et nulli istorum hominum siat vicarii nec panis collectores nec vinitores, nec alios foros querant ubi ab eis.

6. Et si prior Sancti Marci vel fratres eius voluerint abstrahere eos ab isto foro, et plus eos agravare voluerint, sint moniti III vicibus per bonos homines, et si se corrigere noluerint, sint maledicti et excomunicati et pectent. C. morabitinos, et ipsi defendant se et hereditatem suam cum quo domino voluerint usque ad emendationem prior et fratres Sancti Marci veniant, et cum venerint ad emendationem, ipsi faciant suum forum.

7. Et si isti heredes abstrahere se voluerint cum hereditate sua, ita sint amoniti III vicibus per bonos homines, et si se emendare noluerint, sint maledicti et excomunicati et pectent C^os^ morabitinos priori

Sancti Marci et fratribus ibi conmorantibus, et careant hereditate usque ad emendationem veniant; et cum se emendaverint, recuperent hereditatem suam et faciant suum forum.

8. Et si aliquis istorum hominum habuerit II^os^ solares vel IIIes vel eo amplius, non faciat de omnibus nisi unum forum; et si post mortem filii eius partiti fuerint ipsos solares, unusquisque faciant suum forum, et si non fuerint eos partiti, non faciant nisi unum forum.

9. Et ecclesia similiter est tradita cum istis hereditatibus domni Sancti Marci, et unusquisque clericorum similiter annuatim, quod ibi fuerint, singuli persolvant II^os^ solidos. Et dum isti, qui modo ibi sunt, defuerint, consilio prioris Sancti Marci et fratrum eius et consilio heredum, mitant in ea alios clericos ex heredibus si ibi fuerint; et si ibi non fuerint clerici heredes, mittant in ea alios quoscumque prior Sancti Marci et fratres eius et isti heredes voluerint.

Et hoc sunt nomina istorum heredum, qui hanc cartam et hoc factum fieri iusserunt: scilicet ... Michael ... Iohannes Michael cum uxore sua dona Marta ... Nos omnes supra nominati heredes cum uxoribus et filiis et filiabus nostris hanc kartam, quam fieri iussimus, propriis manibus roboramus et confirmamus et signa facimus. Regnante rege domino Fernando cum filio suo rege domino Adefonso in Legione et in Gallecia et in Asturiis. Fernandus Roderici conf. Domnus Anricus decanus conf. Pelagius Tabladelo conf. Domnus Thomas archidiachonus conf. Rodericus Fernandi conf. Domnus Manricus archidiachonus conf. Domno Iohanne episcopo in Legione. Iohanne Gallego tenente turres Legionis. Petro Iohanne et Nicholao Fabro villicantibus. Qui presentes fuerunt et audierunt: Petrus testes. Iohannes testes. Dominicus testes. Petrus notuit.

LIV

Fuero dado por el abad de Oña, Pedro, con el consentimiento de los monjes á los collazos del Monasterio en el pueblo de aquel nombre.

1190, Septiembre 17.

Documento particular del Monasterio de Oña, núm. 48. Original. Archivo Histórico Nacional.

Plerumque sentimus oblivionis incommoda dum ea que gerimus per scripture series alligare negligimus. Idcirco ego Petrus Dei gratia

Honiensis ecclesie abbas una cum consensu eiusdem loci congregationis damus vobis omnibus collaciis Honie tam clericis quam laicis hoc forum, scilicet:

1. Ut non vadatis ad appellidum, nisi tantum eatis si opus fuerit, ut eodem die possitis reverti ad vestras domos et hoc cum merino Honie.

2. Insuper damus vobis, ut sitis inmunes et liberi ab omni pecto et fazendera.

3. Tali pacto damus vobis hoc forum, ut unusquisque vestrum qui propriam domum habuerit, per festum Sancti Michaelis persolvat abbati Honie duos solidos monete regis; et si aliquis moratus fuerit inter vos per annum et domum conduxerit, persolvat unum solidum; si domum non conduxerit, VI denarios.

4. Et vos persolvite calumpnias si feceritis eas. He sunt calumpnie:

5. Si aliquis ex vobis furtum fecerit et fuerit inde probatus, LX solidos persolvat abbati.

6. Pro ad uzar, LX solidis pectet.

7. Pro muliere forzada, LX solidos pectet.

8. Si aliquis ex vicinis Honie homicidium fecerit, ipsemet pectet homicidium et alii vicini non pectent illud homicidium, si forte fugerit homicida sive non fugerit.

9. Si aliquis vicinum suum percusserit, secundum forum huius scripti persolvat calumpnias. Pro armis acceptis, si cum illis non percusserit, nichil pectet. Pro plaga unde sanguis exierit, V^e^ solidis pectet. Si forte ille qui percussus fuerit noluerit se appreciare et merinus cum veridicis testibus tres vel quatuor probare potuerit, percussus persolvat calumpniam. Si percusserit cum pugno, unum solidum. Si cum manu extensa, V^e^ solidos. Si acceperit ad capillos, V^e^ solidos. Si percusserit et non fecerit plagam unde sanguis exeat sed denigrescat, si fuerit in facie, per singulos pollices V^e^ solidos; si infra vestimenta, unum solidum.

10. Si aliquis vicinum suum dehonestaverit denosteo de homicidio et probari potuerit per tres testes idoneos, pectet V^e^ solidos.

11. Si merinus ratione a vicino suo fideiussorem postulaverit et non dederint, pignoret eum donec reddat. Si autem fideiussorem dederit, omnino defendimus ut non capiat eum. Si vero fideiussorem non dederit et pignus non habuerit, merinus convocet tres vel quatuor vicinos qui iuxta eum sint et capiant eum.

12. Si aliquis vestrum fregerit pactum quod totum concilium Honie

pariter cum merino posuerint, pectet unum solidum. Et si more solito quasi ceteros despiciens hoc fecerit, pectet V^e^ solidos.

13. De pecunia accepta et negata, ille qui accomodavit, si cum duobus testibus probare potuerit, negator pecuniam reddat debitori et duplum abbati. Si vero petitor probare non potuerit, negator usque ad V^e^ solidis iuret per se solum et insuper cum alio.

14. Similiter concedimus vobis, quod ubicumque vicini Honie plantare vel arrumpere voluerint in toto termino Honie, exceptis defesis que nunc cognite sunt de palacio libere et quiete habeant sine ullo contradicto.

15. Concilium Honie ponant custodem vinearum quecumque voluerint.

16. Damus vobis aliud forum, ut nec in Sancta Cruce ubi solebat esse neque in tota Honia sit alia capella nisi capella Sancti Iohannis et Sancti Martini, et illa capella Sancti Iohannis et Sancti Martini sit semper diffusa omnibus tam clericis quam laicis, qui nunc habent domos et hereditates in Honia.

17. Quisquis vero ex hodierno die inter vos populare voluerit et per XV annis forum Honie adimpleverit, si forte filius habuerit, qui dignus sit sacros ordines adipisci, sit heres in capella vestra quasi unus ex vobis.

18. Et addimus vobis aliud forum, ut habeatis decimas et primicias et oblationes tam vivorum quam mortuorum totius ville, excepta medietate totius decime.

19. Si aliquis vicinus Honie inter vos habitare voluerit et voluerit vendere omnia que habet, concedimus ut vendat cuicumque voluerit, qui sub dominio sit Honie, et eat liber ubicumque voluerit.

20. Et de hereditatibus que de aliis villis in termino sunt Honie habeat vestra capella medietatem decime, et de hereditatibus quas vicini Honie laboraverint ubicumque sint, ad vestram capellam veniant medietatem decime.

21. Collaciis vero qui sub dominio sunt Honie in omnibus aliis villis, si aliquis ex eis inter vos populare voluerit, defendimus ut non colligatis in concilio vestro, absque licentia abbatis et illius sub cuius dominio sit.

22. Concedimus vobis quod sive clericus aut quilibet mannero in vita sua dederit V^e^ solidos abbati Honie, det bona sua cuicumque voluerit. Si forte in vita sua non dederit V^e^ solidos abbati, si clericus filios habuerit, dent V^e^ solidos et habeant omnia bona illius. Similiter et de alio mannero fiat.

23. Si dominus Honie vel suus merinus aliquem pro sua culpa ceperint et fideiussorem non dederit, si ex vicinitate Honie fuerit, vicini Honie custodiant eum; si non fuerit vicinus Honie, vicini Honie non custodiant eum.

24. Et dominus Honie vel suus merinus non accipiat a vobis aliquid per forzam.

25. Vicini Honie ubicumque sint libere et absque ullo contradicto habeant omnia bona sua.

26. Puer vero infra VII^tem^ annos non persolvat calumpniam.

27. Similiter damus vobis totam hortam, ut dividatis eam inter vos per sortes et possideatis eam iure hereditario in perpetuum.

28. Similiter concedimus vobis, quod de omnibus calumpniis sint due partes absolute: terciam vero date abbati Honie.

29. Scrutinium vero non detis in domibus vestris nisi vestro concilio pariter cum merino.

30. Quando vero abbas vindemiare voluerit illa vinea de Scudiello et de Era et de tras ecclesia, vicini Honie colligant duabus ex his qualescumque voluerit, et dum collegerint abbas reficiat eos. Postquam vero supradicte vinee collecte fuerint, quas vicini Honie colligere debent, colligat unusquisque suam vindemiam absque ullo contradicto.

31. Insuper damus vobis montes scilicet Val de Sancio Lopez et como toma de la Conchia et discurrit per el sendero ad Carrera castellana et venit de faz ad Honia; et in Pando quantum ad nos ibi pertinet, et quomodo prende de fonte de Sobrecasa et vadit al rostro de Pennaalva et discurrit a fonte Sancti Christofori; et in serra de Thamayo quantum ad nos ibi pertinet.

32. Quando vero hospites supervenerint, merinus Honie det eis posadas per totam villam.

33. Alcaldes vero, quos abbas cum omni concilio posuerit, si iuste iudicaverint, qui iudicium illorum respuerit, V^e^ solidos pectet.

34. Insuper damus vobis illam terram, que est super parral de Maza, ut dividatis eam inter vos per sortes et possideatis eam iure hereditario in perpetuum.

35. Preterea de manneria aliud vobis addimus forum: quod quando clericus aut quilibet mannero dederit V^e^ solidos abbati Honie, det

bona sua cuicumque voluerit, ut supradictum est, qui sub dominio sit Honie.

Facta carta era MCCXXVIII, noto die XV kalendas octobris. Regnante rege Adefonso una cum uxore sua regina Alienor in Toleto et in Conca et in Plazencia et Extrematura et in Nagera et in Locronio et in tota Castella. Roic Guterrez existente maiordomo Regis. Didaco Lupi dominante Boroviam et Castellam Vetulam. Lupo Didaci de Fitero merino Regis.—Ego Petrus abbas hanc cartam, quam fieri iussi, confirmo. Rudericus prior maior conf. Petrus prior sacrista conf. Martinus prior conf. Dominicus Cellaperlatensis conf. Dominicus camerarius conf. Petrus helemosinarius conf. Martinus Gundissalvi cellerarius maior conf. Omnisque conventus. Sunt auctores, confirmatores et testes: de Fermosiella, Gundissalvo Munioz testes. Gonzalvo Pedrez testes. Gonzalvo Martinez testes. Dominus Oriolus testes. De Pino, Iohannes Iaquez testes. De Quintana Palacio, Roic Garciez testes.—Petrus Giraldi scripsit.

LV

Pleito entre Diego Guntadiz y Munio Muniz acerca de una heredad que éste tenía en Silvana y que el primero afirmaba estar sujeta al «foro de iunioria».

1190, Diciembre 13.

Documento particular de Armentera, núm. 23. Original. Archivo Histórico Nacional.

In nomine Domini nostri Iesuchristi, amen. Orta fuit intentio inter Didacum Guntadiz et Munione Munici et voces eorum, unde presentati fuerunt ante archiepiscopum domnum Petrum Suarii Sancti Iacobi et ante alios multos et bonos homines, Fernandus Fernandi, Iohannes Marini, Petrus Tacon, Arias Fuma, Elyas Nuniz, iudex domnus Munio et tota Curia archiepiscopi Sancti Iacobi. Et erat ista intentio super hereditatem de Munio Munici et de suis gentibus, que erant in Silvana. Afirmabat autem Didacus Guntadii, quod ipsa hereditas iam dicta erant in foro de iunioria, et afirmabat Munio Munici cum heredibus suis, quod ipsa iam dicta hereditas nunquam dederat ullum tributum nec in diebus de domno Didaco Guntadiz. Super istas rationes, iudicavit ar-

chiepiscopus domnus Petrus Suarii cum iudice domno Munio et cum Iohanne Marino secundum veritatem, quam intelligebant, et viderunt pro directo, quod ipsa hereditas non debuerat dare nec dedit nec de cetero nunquam debet dare in nullis quoque temporibus ullum servitium principibus terre neque ullum tributum alicui homini, nisi quantum [de]bent dare milites et boni homines per suum gratum, quia [sunt] liberi et absoluti ab omni tributi principum terre in secula seculorum. Et ego archiepiscopus domnus Petrus Suarii simul cum domno Didaco Guntadiz et omnis vox nostra tibi Munio Munici et omni voci tue facimus placitum simul et agnitionem in quingentos morabitinos roboratam, quod nunquam calumpniemus ullum tributum vel aliquod servitium super ipsam hereditatem de Silvana in nullis temporibus seculorum. Et qui hoc factum nostrum irrumpere temptaverit, maledictionem Dei omnipotentis incurrat et sit excomunicatus et cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, et Iuda traditore Domini in inferno dampnatos, et voci regie persolvat D morabitinos et agnitio semper in robore permaneat. Facta agnitione era MCCXXVIII et quot idus decembris. Qui presentes fuerunt: Fernandus Fernandi, Elyas Nuniz, Petrus Munici, Nuno Iohannis, Arias Fumi, testes et confirmans.—Iohannes presbiter, qui notuit.—Hoc totum factum est in Sancta Cruce de Castrello ubi erant multi congregati.

LVI

El abad de Oña, Pedro, con los monjes conmuta en cinco sueldos por persona el derecho de mañería que tenía el Monasterio sobre sus collazos de Sotilongo y de Quintana Margan.

1193, Diciembre 26.

Documento particular de Oña, núm. 55. Original. Archivo Histórico Nacional.

In Dei nomine. Ego Petrus Dei gratia Oniensis abbas et omnis eiusdem loci conventus facimus cartam de manneria vobis nostris hominibus de Sotilongo et de Quintana Marçan: quod quando aliquis mannerus inde obierit, nos habeamus de illo V solidos pro manneria et ipse det suum mobile cui voluerit; et hereditatem suam similiter det

cui voluerit, qui sit in Sotlongo vel in Quintana Marzan collacius abbatis Honie. Et si ipse mannerus morte preventus nulli mandaverit sua, parentes eius, qui propinquiores ibi fuerint, dent nobis V solidos et habeant suum mobile et suas hereditates et serviant cum eis abbati Honie faciendo suum forum. Si etiam mannerus domos habuerit et aliquis de suis parentibus noluerit eas popu'are, abbas Honie det illas cui voluerit ad populandum cum sua ferragine et sua era, si iuncte fuerint ipsis domibus, et cum suo muradar.

Facta carta era MCCXXXI in die Sancti Stephani. Regnante rege Aldefonso in Toleto et in Castella. Didaco Lupi tenente Boroviam. Domno Iague merino Regis in Borovia. Ego Petrus abbas hanc cartam, quam fieri iussi, confirmo. Rudericus prior maior conf. Petrus prior sacrista conf. Pelagius prior claustralis conf. Dominicus camerarius conf. Dominicus Cellaperlatensis conf. Et omnis conventus conf.— Domnus Oriolus testis. De Sotilongo sunt testes: domnus Sebastianus presbiter; domnus Iohannes presbiter; Dominicus Petri; don Alardo; Petrus de Vallegio. Don Nunno et Ferran Gonzalvez de Quintanacet testes. Et nos conceio de Sotlongo dedimus abbati Honie et conventui XXXII^{os} aureos in roboracione pro ista carta. Magister Chrisptoforus scribi fecit eam.

LVII

Privilegio de Alfonso VI al Monasterio de Samos prohibiendo á los nobles tener vasallos en el coto del Monasterio á título de «amatiatum» ó por otro concepto.

1195, Octubre 28.

Muñoz, *Estado de las personas en los reinos de Asturias y León*, pág. 121.

Adefonsus Dei gratia Legionensis rex universis ad quos litere iste pervenerint salutem. Notum vobis facio per hanc cartam, quod ego firmiter mando, ut nullus habeat vasallum in cautos Samonenses nisi monasterium et abbas Samonensis per amatiatum, nec alio modo; et nullos det filium suum alendum sive criandum in cautis Samonensibus, nec alius aliquis ibi dominum habeat nisi monasterium et abbas Samonensis. Et si aliquis filius militis ibi nutritur vel aliquis ibi se posuit sub alio dominio nisi sub dominio Samonensi, mando isti homini meo, quod illum filium militis, qui in cautos Samonienses nutritur, foras de cautos eiciat et illum qui se amum fecerit vel qui se in alium dominum transtulerit, ad dominium monasterii Samonensis reducat. Et qui ab hac die filium suum in cautos Samonenses nutrire fecerit, iram meam habebit et mille morabetinos pectabit et amus perdat quantum habuerit. Facta carta apud Zamoram quinto kalendas nobembris, era MCCXXXIII.

LVIII

Los propietarios del lugar de Vadillo reducen á cantidad fija en dinero el derecho de mañería que tenían sobre sus collazos.

Siglo XII.

Documento particular del Monasterio de Aguilar de Campóo, núm. 46. Original. Archivo Histórico Nacional.

In Dei nomine et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod nos hereditarii de Vadello pro animabus nostris atque pro animabus parentum nostrorum, bonitate vestra atque servitio quod nobis benigne fecistis et facitis atque facturi estis, facimus kartam mannerie omnibus nostris collacis de Vadello, qui modo sunt atque fuerint, sub tali pacto: quod clericus qui sub nostro iure obierit filii atque parentes illius dent in manneria domino suo quinque solidos et merino sex denarios; similiter et laicus, parentes illius dent unum solidum domino suo et merino sex dineros et omnia alia bona sua parentes illorum possideant atque iure suo habeant. Si aliquis hereditarius aliqua malignitate im butus hoc factum nostrum frangere vel irrumpere voluerit, ira Dei veniat super eum et lugeat in inferno inferiore cum Iuda Domini traditore et cum his qui dixerunt Domino, «recede a nobis quia sciencia viarum tuarum nolumus», et insuper nos hered[itarii] vobis f[acere] mandamus ut habeatis inter vos pactum firmatum, quod si aliquis ex nobis hanc kartam infringerit, ex nobis nullum habeat vasallum et si forte aliquis animo perfidie a domino frigitore discederit sit traditor fidementitus et a nobis consilio omnia bona amittat.

LIX

Composición pagada al Monasterio de Sobrado por dos hijos de Pedro Carballo y otros, que rompieron el coto fijado por el Emperador y mutilaron el pie de un hombre del Monasterio.

Siglo XII.

Cartulario del Monasterio de Sobrado, tomo I, fol. 131 r.

Duo filii de Petro Carvalo, Pelagius Petri et Petrus Petri, et Rodericus Iohannis et Petrus Fernandi et Iohannes Pelagii filius de Pelagio Cuteifii et Domno Pavis et Iohannes Fernandi ruperunt cautum Imperatoris et prendiderunt unum hominen de fratribus, Vincentium de Ecclessiali, et infra terminos grangie de Doubriti, que cautata erat cauto Imperatoris et privilegiata privilegio de Apostolico et scripta in ipso privilegio, amputaverunt pedem predicti omini. Isti homines pectaverunt pro hac desonra fratribus Superaddi totas suas hereditates quas habebant a Cova Serpentis in termino Superaddi de voce S. de Nafrecta.

LX

Convenio entre el abad del Monasterio de San Miguel de Villamayor, Rodrigo, y Fernán Pardo acerca del señorío de los collazos de Espinosa.

Siglo XII.

Cartulario de San Miguel de Villamayor (siglo XIII), fol. 16 r. Archivo Histórico Nacional.

Hec convenientia quam fecit abbas Rodericus Sancti Michaelis Ville Maioris con Fernan Pardo en particion de los collaços de Spinosa. Estos son nominadamient los que cayeron al abbad don Rodrigo en particion: Domingo Salvadorez, Domingo Nunno, Julian Martin, don Gonzalvo de la Cuesta, Martin Rubio, don Rodrigo, Pedro Martinez, Domingo Felices, Domingo Migaellez, Pedro Garcia, Juan Dominguez de la Meta, don Alvaro. Estos son capdales. Postea abbas Rodericus et Fernan Pardo fecerunt talem convenientiam: quod filii supradictorum collacium ad coniugium pervenirent, de quo se prius ensenorasent de illo semper remanerent, et nec abbas nec Fernan Pardo, quamvis ipsi vellent, nullomino eos reciperent.

LXI

Fuero concedido por el abad Pedro y el Monasterio de Oña á los habitantes de Celaperlata.

1200.

Documento particular del Monasterio de Oña, núm. 68. Original. Archivo Histórico Nacional.

In Dei nomine. Utile est scribi quod non expedit oblivisci. Presentis itaque pagine testimonio noscant presentes et posteri, quod ego Petrus Dei gratia Honiensis monasterii abbas et omnis eiusdem loci conventus facimus cartam libertatis et absolutionis vobis omnibus hominibus nostris, qui nunc estis vel qui futuri sunt usque in perpetuum sub dominio de Cellaperlata, videlicet:

1. Ut non detis pro manneria nisi V^e^ solidos. Quando vero aliquis mannerus obierit, parentes eius, qui propinquiores fuerint, dent quinque solidos domino Cellaperlatensi et habeant sine aliqua diminutione omnia bona illius, illi tantum qui sub dominio Honiensis monasterii habitaverint, excepto illud quod pro sua anima dare preceperit monasterio Sancti Iohannes de Cellaperlata vel clericis qui sub dominio Honiensis monasterii habitatores fuerint.

2. Pro serna et fazendera, quam solebatis facere, concedimus et confirmamus, ut non amplius faciatis, sed detis unusquisque singulis annis pro infurzione, qui iuga bovum habuerit duos quarteros medietatem tritici et medietatem ordei, et qui habuerit unum bovem et domum tenuerit det mediam infurcionem. Ille vero qui fuerit azadero sive vir sive femine et domum tenuerit medium quarterum persolvat. Et quambis vulgaliter dicam, illi qui forros fuerunt nichil pro infurzione tribuant. Alii vero qui sub dominio Honiensis monasterii non fuerint et

suam hereditatem, que est sub dominio de Cellaperlata, habere voluerint, pro sola hereditate integram infurcionem persolvat.

3. Preterea addimus nobis aliud forum: ut unoquoque anno faciatis fazenderam duos dies, et illi qui de foris fuerint eodem modo veniant ad operandum quando vos alii operaveritis, et si non venerint pro una quaque opera tres denarios unusquisque persolvat. Et dum operaveritis dominus Cellaperlatensis reficiat vos.

4. Insuper concedimus et confirmamus ut tam vos quam omnis posteritas vestra qui [qu]alicumque modo domum vel solarem adquisierit et fumum ibi non fecerit, pro eo nichil pectet: si fumum fecerit in illud solar, omnia iura persolvat quemadmodum alii.

5. Similiter concedimus, ut clericus qui filium habuerit manneriam non pectet.

Facta carta era MCCXXXVIII noto die III° nonas februarii. Regnante rege [Al]fonso in Toleto et Extrematura et in tota Castella. Didaco Lupi tenente Boroviam et Castellam Vetulam. Guterrus Didaci existente merino Regis. [E]go Petrus Honiensis abbas hanc cartam, quam fieri iussi, confirmo. Ego Dominicus Cellaperlatensis hanc cartam conf. Rudericus prior conf. Petrus prior sacrista conf. Petrus Saliensis conf. Dominicus ca[mer]arius conf. Pelagius prior claustralis conf. Conventus Honiensis conf. Qui hanc vero paginam nostre concessionis in aliquo diminuere voluerit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat [et c]um Iuda portionem eternaliter percipiat.

LXII

Fuero concedido por D. Manrique, obispo de León, á los pobladores de Villafrontín.

1201, Agosto.

España Sagrada, tomo XXXVI, Madrid, 1787, ap. 60, pág. 129.

In Dei nomine, amen. Ego Manricus Legionensis episcopus totusque conventus damus ad populandum per subscriptos foros villam que dicitur Villafrontin, triginta scilicet et sex hominibus.

1. Dabit itaque unusquisque populatorum eiusdem ville preposito

singulis annis in festo Sancti Martini dimidium morabitinum pro enforcione, et duodecim operas per annum, unam scilicet singulis mensibus, prout villicus disposuerit, et minister domus providebit eis in illa die; in hieme, in pane triticeo et vino bono in mane; in sero, in pane, in vino et legumine; in estate, in pane triticeo, bono vino, et legumine in mane; in meridie, in pane et vino, in sero, in pane, vino et legumine; et debent facere bonam laborem et sine fraude.

2. Procurabunt etiam Episcopum splendide et eos qui cum eo erunt una die unoquoque anno iidem populatores, si advenerit in ipsa villa, et recipient in domibus suis bestias suas cum hominibus suis et Canonicorum ibidem quandocumque advenerint. Dabunt et preposito singulis annis bonum arietem bidentem et decem gallinas bonas, unum hedum vel unum lectonem bonum, et viginti panes bonos de tritico et tres cantaras boni vini et sex heminas hordei, et singulos panes bonos de tritico in nativitate Domini cum singulis bonis gallinis.

3. Idem prepositus eiusdem ville querat sibi villicum undecumque habere poterit.

4. Si quis percusserit ferro cotado, lapide vel ligno, pectet livores quos fecerit secundum quod fuerint apreciate, et medietatem habeat villicus et medietatem Concilium. Quisquis forisfactum fecerit, pectet illud similiter.

5. Preter istas calumnias, nullas alias exigat villicus nisi sibi fuerint date vel concesse: nulla tamen extra villam deferatur sed ibi componatur.

6. Homicidium, raptus, maneria nullo modo cito exigatur.

7. Filius alicuius unde damnum possit evenire Ecclesie Legionensi ibi non nutriatur.

8. Quicumque ergo necessitate compulsus prestimonium suum vendere voluerit, vendat tali homini per quem damnum eidem ville non eveniat et qui per se solum populet et faciat totum forum et sit vasallus Sancte Marie sine alio domino: omnes enim in eadem villa commorantes debent esse vasalli Sancte Marie sine alio domino. Et debet habere tantum unusquisque unum prestimonium, et nullus eorum debet ponere in defensione, neque in mamposta alicuius, se nec aliquem de familia sua, nec suum aver, nec suum ganatum sine voluntate prepositi.

9. Verum si aliquis habens prestimonium duxerit uxorem habentem aliud prestimonium, habeat illa duo et faciat duos foros.

10. Si quis insuper de mandato Capituli vineas plantaverit, plantationis medietatem quocumque voluerit levet et non plantet eas sine mandato Capituli, et quando eam levaverit si vendere voluerit, vendat preposito si eam voluerit emere; sin autem, vendat eam alicui de villa qui sit tantum vasallus Sancte Marie; et si eam noluerit emere, vendat tali homini unde damnum non eveniat Ecclesie Legionensi.

Facta carta era MCCXXXIX et mense augusti. Regnante rege Adefonso cum regina domna Berengaria in Legione, Gallecia, Asturiis et in Strematura. Fernando Garsie maiordomo Regis existente. Petro Fernandi turres Legionis tenente. Ego Mauricus Legionensis episcopus totusque Conventus hanc cartam, quam fieri iussimus, propriis manibus roboramus et signa fecimus. Domnus Petrus decanus conf. Archidiaconus domnus Rodericus conf. Archidiaconus domnus Petrus conf. Archidiaconus domnus Pelagius conf. Archidiaconus domnus Ysidorus conf. Domnus Martinus cantor conf. Domnus Petrus thesaurarius conf. Prior Petrus Vilielmi conf. Ferrarius de Morella conf. Magister Facundus conf. Munio Punzardi conf. Domnus Leonardus conf. Rodericus Gutierri conf. Petrus episcopus conf. Martinus Giraldi conf. Et ceteri canonici conf.

LXIII

Los habitantes de Aguada se someten al señorio del Monasterio de Osera y establecen las obligaciones que contraian por este concepto.

1207, Febrero 11.

Cartulario del Monasterio de Osera (siglo XVIII), fol. 195. Archivo Histórico Nacional.

VILLA-AMIL, *Los Foros de Galicia en la Edad Media.* Madrid, 1884, páginas 134-135.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod nos homines de Aquata, videlicet Petrus Pelagii, Petrus Bustey, Pelagius Ioannis, Pelagius Didaci, Suerius Ioannis, Pelagius Ioannis. Dominicus Martin, Dominicus Pelagii, Ioannes Pelagii, Alfonsus Martini, Ioannes Fernandi, Iohannes Suerii, Munio Petri, Petrus Pelagii, Munio Didaci pro filiis et nepotibus nostris et

etiam pro omnibus his, qui hereditatem habent vel habuerint in predicta villa de Aquata, facimus pactum in perpetuum cum abbate fratre Laurentio et conventu Orsarie:

1. Quod nos in die pascuele demus monasterio Orsarie centum quadraginta panes bonos, et singuli qui morati fuerint in prefata villa singulas ollas plenas millis, videlicet, que possint capere ad minus singulas talegas, et singuli singulas scutelas bonas laganis et feigons, et singuli singulos cabritos vel duas gallinas.

2. Preterea debet similiter unusquisque predictorum hominum semel in anno venire ad messem colligendam et a segar et alia vice ad tricturas faciendam et a malar; et ad hoc servicium faciendum debemus venire ad grangias monasterii scilicet Vales, Casar de Maria, Montemacutum. Singuli qui habuerint bestias debent eas dare semel in anno ad Sanctum Iacobum vel ad Marin.

3. Preterea quando Rex venerit ad predictum monasterium debemus maiorino monasterii dare de gallinis nostris, de cabritis debita.

4. Preterea debemus venire ad senaram ter in anno cum bobus nostris ad supradictas grangias vel circa villam nostram usque ad Travacos ad utilitatem et mandatum monasterii.

5. Preterea nunquam debemus ibi nutrire in predicta villa filium alicuius militis vel domine nec facere ibi amaticum, nec debemus ibi habere alium dominum nec populari de Mamuis usque ad monasterium, sed habebimus hereditatem nostram ubicumque eam habemus.

6. Et hoc pactum fecimus predicto abbati et conventui, quia ipsi acquissierunt predictam villam et redemerunt pro hereditate sua a potestate regis et domini Sanctii Petri.

7. Preterea nunquam debet nobis dare mayorinus sarracenus nec servus monasterii, sed talis qui non faciat nobis iniuriam nec tortum.

8. Instituimus de beneplacito utriusque partis, quod quicumque venerit contra hoc pactum teneatur persolvere alteri parti trecentos solidos.

Petrus Pelagius. Pelagius Gostez. Pelagius Iohannis. Pelagius Didaci. Suerius Ioannis. Pelagius Ioannis. Dominicus Martini. Dominicus Pelagius. Ioannes Pelagius. Alfonsus Martini. Ioannes Fernandi. Ioannes Suerii. Munio Petri. Petrus Pelagii. Munio Didaci.—Pelagius subdiaconus qui scripsit.—Testes huius facti sunt supradicti homines et conventus Ursarie. Facta charta apud Ursariam era Mª CCª XXXXª Vª tertio idus februarii. Rege Alfonso regnante in Legione, Asturiis et

Gallecia. Signifero eius Aria Petri. Cancellario Regis F. Compostellano decano. Gundisalvo Nuni tenente Monteroso. Alfonso episcopo Auriensi. Petro archiepiscopo Compostellano. Pelagius subdiaconus, qui scripsit.

LXIV

Inés Gómez vende al Monasterio de Santa María de Aguilar dos collazos por un caballo opreciado en 30 maravedís.

1207.

Cartulario de Aguilar de Campóo (siglo XIII), fol. 50 v. Archivo Histórico Nacional.

GODOY, *Ensayo... sobre los apellidos castellanos*, pág. 249.

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Noscatur tam a presentibus quam a futuris, quantum ego dona Ignes Gomez vendo abbati Gundissalvo Sancte Marie de Aguilar et conventui suo duos collazos en Mocelleda, nomina quorum sunt Michael Carrera et Petrus, cum suis pertinenciis videlicet, cum domibus cum terris cum pratis et quicquid iure hereditario pertinet, pro uno equo: precium equi fuit triginta morabetinos; et sum paccata de precio et de robra et nil remanet pro dare. Facta carta in era millesima ducentesima quadragesima quinta. Regnante rege Aldefonso cum regina Alienor in Toleto et in Castella. Alfieraz Diac Lopez. Maiordomus Regis Gonzalvo Roiz. Merinus maior Garcia Roiz Barba. Episcopus Burgensis Garcia Martinez. Hii sunt testes huius venditionis, qui presentes fuerunt et viderunt et audierunt: Roi Petri filius de Petro Gomez. Petro Roiz de Foios. Petro Lopez de Quintana Anaaz. Roi Fernandez filius Fernandi Pelaez de Colinas. Petrus Petri filius Petri de Vertux. Gonzalvo Petri suo germano. Didacus Petri de Bustamant. De Avelanosa, Iohan Diaz. Don Gonzalvo filio de Gonzalvo Ferrandez. Don Alfonso Alvaro suo fratre. Martinus Iohannes. Petro Iohannes. Martin Dominici. Don Pascal capellan de dona Ignes. De Bustamant, Martin Fermoso. Dominico Iohannes. Roi Diaz fi de Diac Gomez. Diac Diaz fi de Diaç Diaz. Arnaldus dictavit. Bela scripsit.

LXV

Fuero otorgado á los habitantes de San Tirso y Castrillino por Fernando Ganzález, maestre, y por el cabildo de la Orden de Santiago.

1208, Enero 29.

Cartulario de la Orden de Santiago en León (siglo XIII), págs. 135-139. Archivo Histórico Nacional.

Principium scripti fiat sub nomine Apostoli. In nomine Dei Patris Omnipotentis, ego Fernandus Gonzalviz magister milicie Sancti Iacobi cum aliis fratribus nostris et cum omni nostro capitulo, facimus cartula ad nostros homines qui morantur in Sancto Tirso et in villa nominata Castrelino, de foro.

1. Damus et concedimus ad illos medietatem de nostra hereditate, preter duos modios seminatura in Sancto Tirso et duos modios seminaturam in Castrellino per serna, et vineas de Castrelino, preter illam vineam in exitu montis, et damus eis ortos ubicumque invenerit, preter ortum de Arnal, dos ortos de fronte de ortis Sancto Tirso, et preter illum ortum qui iacet in fronte de ilis ortis de Castrelino.

2. Omnes homines qui intra predictis villis morari venerint non dent nuciu neque ma[ne]ria nec rosso nec iudgado neque extremallas nec advinctaduras neque algaravidat.

3. Calumpnia, si non fuerit data, nec dominus accipiat; si vero data fuerit et non infidiata, cum una ansara sic de palatio siccata. Si vero infidiata fuerit, quod expenderint inde solvatur, et quod superfuerit inter dominum et calumpniosum dividatur.

4. Hanc vero hereditatem quam supradiximus XII hominibus qui istum forum faciant damus, ut dent in festivitate sancti Martini per singulos annos medium morabitinum singuli homines de predictis XII.

5. Et dent VIII opera: prima ad relevar, et detur eis ad comedendum panis et vinum et conductum, ad binnar secundum opus, et tercium opus ad terciar, et dent eis panem et conductum; VI opus ad malleare et detur eis panis et vinum cum carne; septimum et octavum opus ad

semin[a]re, et habent panem et vinum et conductum; ad malleare dent eis panem de trigo et ad seminare medium triticum.

6. Et isti homines dent domino suo, semel in anno a festo Sancti Martini usque in capud iunii, pro gentare singuli eorum V panes et mediam cantaram vini et II[as] gallinas; et sex eorum dent unum tocinum de medio morabitino et singuli eorum dent II[as] eminas de cevada per medidam de Benevento.

7. Vidua, que virum acceperit, dent V solidos domino suo: si prestimonium non tenuerit, det unam rellam cum suo aratro.

8. Qui caballum de infestos habuerit, non colligat passatores, nec vadat ad sernam cum bobus, sed vadat ad iuncta vel ad iudicium cum domino suo, ita tantum vero in tercia die possit redire domum suam; et dominus, si necesse fuerit, ferret ei equm et gubernet eum cum equo suo.

9. Qui aliam hereditatem in alio loco comparaverit, faciat de ea quicquid voluerit.

10. Nullus faciat bandiam, et qui bandiam fecerit propter sermonem nequam pectet V solidos. Si vero propter bandiam alicuius aliquem percusserit, pectet X solidos, terciam domino et terciam concilio et terciam percusso.

11. Qui vineam plantaverit, mediam det in palacio cum dominus voluerit, et aliam, si forte vendere voluerit, domino vendat; si vero dominus comparare noluerit, alio forario vendat.

12. Si mortuo patre multi filii remanserint, quodquot in corrale patris fuerint unum forum faciant.

13. Qui in alio loco causa morandi exire voluerit, vendat suum laborem tali homini qui faciat forum pro eo, et si vendere noluerit, tollat inde suum laborem et faciat forum et, foro facto, eat ubicumque voluerit et designat hereditatem in palacio. Si tamen aliquando reversus fuerit, sine calumpnia hereditatem suam accipiat, sublato videlicet labore qui fuerit in ipsa hereditate. Si mortuus forte in alienis partibus remanserit, filii aut filie aut eius progenies hereditatem, ut supradiximus, intrent.

14. Si aliquis pro Dei amore in suo corrale unam domum ad albergariam dare voluerit et portam foras eduxerit, qui domum ipsam habitaverit det unam de foro.

15. Qui pro Dei amore et pro remedio animarum suarum de hac hereditate dare voluerit terram aut ortum aut vineam, dent eam fratribus milicie Sancti Iacobi.

16. Qui calumpniatus fuerit det fideiussore in V solidos et capud suum nec aliquid de suo habere non capiatur, et dent ei talem qui vocem domini pulsent cum quo suum directum possit habere.

Si aliquis hoc nostrum factum rumpere voluerit, sit in primis maledictus et excomunicatus, ita eos terra degluciat vivos, sicuti Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, et cum Iuda traditore Domini luat penas in inferno, amen. Facta carta IIII[tuor] kalendas febroarii, sub era M[a] CC[a] XL[a] VI[a]. Regnante rege Aldefonso in Legione et in Galletia et in Asturiis et in Extrematura. Pelagius Alvardam villicus Regis. Rodericus Fernandi el feu tenente Benevento. Iohannes Ovetensis episcopus. Martinus Fernandus frater milicie Sancti Iacobi tenebat Sancto Tirso et Castrelino. Qui presentes fuerunt: Miguel Guerra conf. Sarracenus conf. Guterius conf. Dominico filius conf. Ioannis Fernandi conf. Pelagius presbiter conf. Iulianus presbiter conf. Martinus Dominici conf. Petrus Dominici conf. Petrus Pelaiz conf. Iohannes Monazino conf. Guillelmus notuit et hoc signum fecit.

LXVI

Los habitantes de la villa de Torozela se ponen bajo la protección del abad y los monjes de Osera, obligándose á ciertas prestaciones.

1213.

Documento particular de Osera, núm. 86. Original. Archivo Histórico Nacional.

Innotescat tam presentibus quam futuris, quod nos homines de Torozela, F. Calvete, Petrus Pelagi, Martinus Petri, Fernandus Pelagi, Iohannes Munis, Iohannes Fer, Petrus Petri de Grovas, Fernandus Roderici, Petrus Gosteii, Iohannes Fer, Munio Pelagi, Petrus Fernandi, Adam, Ermesenda Fernandi, Martinus Pelagi, Iohannes Fer ... Iohannes Muniz, Petrus Iohannis damus domno L. abbati et fratribus Ursarie in adiutorium pro cautanda villa de Torozela C[m] L[a] solidos, et facimus cum eis tale pactum, ut simus fideles vassalli predicti Monasterii et alterius alicuius hominis dominim non requiramus, sed fideliter secundum possibilitatem nostram predictis serviamus fratribus. Ad metendas et excutiendas fruges semel in anno ad grangiam de Mamoa

Verde veniamus. De Monasterio vero non debent a nobis exigere vocem, quam non sit conveniens; in vocibus etiam, quas iuste debemus pectare, facient nobis amorem. Maiorinus de quo iuste conquesti fuerimus debent nobis a[mo]vere. Luctuosam secundum suberam, qua habuerimus, dabimus. Pro goyusa dabimus XVIII denarios. Preterea si homines de foris venientes male nobis facere voluerint, si pro defensione nostra et rerum nostrarum percusserimus vel vulneraverimus, non imputabunt nobis pro voce et defendent nos sicut suos homines. Si qua pars vel Monasterii vel nostra contra hoc fecerit et emendare noluerit, C^{m} aureos ea solvere teneatur. Facta carta era MCCL prima. Testes: Pelagius prior, Munio cellerarius, Lucius Arie, Fernandus Fernandi, Fernandus quondam decanus, Velascus, Pelagius Martini et alii plures de fratribus Ursarie Militum: Munio Fer, Nugeirol, Pelagius Fer, Fernandus Menendi, Pelagius Alfonsi clericus de Torozela. Frater Petrus, qui scribsit.

LXVII

Fueros concedidos por el abad Enrique y los monjes de Sobrado á los habitantes de Vilanova.

1215.

Cartulario del Monasterio de Sobrado, tomo II, fol. 81

In nomine Domini nostri Ihesuchristi. [Notum] sit presentibus et futuris, quod postquam abbas et conventus de Superado adquisiverunt possessionem de Villanova, homines qui ibi morabantur fere omnes in manu abbatis et fratrum suorum in presencia bonorum hominum se quitaverunt de ipsa hereditate et se nichil ibi habere iure hereditario professi sunt. Post hec ergo abbas dominus Henricus et conventus de Superado partem concessimus eis in ipsa hereditate sub tali pacto et tali foro:

1. Quod quamdiu morarentur in ipsa villa esent nostri vasalli, et singulis mensibus dent II operas cum bobus et I cum corporibus suis, et qui non habuerit boves, det eas cum corpore suo aut cum bestia si eam habuerit; et ipsas operas in unoquoque mense debemus requirere, ita, quod si non demandaverimus in suo mense, non possumus eas demandare in alio; et dabimus panem eis et vinum et condimentum, et in tempore de eras dabimus eis carnes duabus vicibus.

2. Nos autem in istis duobus primis annis, postquam homines collegerint panem suum, debemus accipere nobis partem in ipsa hereditate iuxta beneplacitum nostrum ad usum proprii laboris, et alteram partem illis debemus relinquere ita, quod exinde unusquisque in sua parte remaneat quandiu in ipsa villa habitaverit.

3. Et prestimonia equaliter dividantur et qui potuerit facere integrum forum habeat integrum prestimonium; qui autem non potuerit facere forum, habeat partem ipsa villa secundum possibilitatem quam habuerit in foro faciendo.

4. Ad festum Sancti Martini, unusquisque debet dare II solidos de fumatica quolibet anno.

5. Quando abbas venerit ad Villanova, unusquisque debet dare VI denarios pro iantare et hoc duabus vicibus in anno; et si non venerit, nihil ex his dabit.

6. Non debet aliquis habere solare vel prestimonium in Villanova qui non sit vasallus noster. Si aliquis voluerit domum et prestimonium vendere, vendat tali homini qui forum nobis ex integro faciat et sit vasallus noster et moretur in villa nostra, et hoc faciat per manum fratris nostri; et si voluerit illud confrater noster ipsi vendat et non alio.

7. Non debet aliquis frater vel maiorinus eos expellere de domo et prestimonio, nisi tantum abbas de Superado quando voluerit vel invenerit causam pro qua hoc faciat, et ipse solus potest hoc facere quandocumque voluerit.

8. Calumnias quas fecerint et malum quod fecerint ipsi homines maiorinu pectent secundum consuetudinem terre, et ipsas calupnias debent sanare per bonos homines de Villanova et non trahere maiorinum nostrum ad iudicium extra villam.

9. Si quis calupniam fecerit et in porta domus sue dederit fideiussorem in quinque solidos, non intret maiorinus domum suam. Si noluerit dare fiador, intret maiorinus cum duobus vicinis et pignoret eum. Si calupnia non potest sanari per quinque solidos, non intret maiorinus domum suam cum omnibus qui habuerit.

10. Nullus vicinus suum trahat ad iudicium extra villam pro demanda unius morabitini et infra, sed per vicinos iudicetur.

11. Vidua, si maritum acceperit, det unum morabitini.

12. Sciendum autem, quod istud forum et pactum non est datum

pro filiis et neptis sed tantum istis hominibus, qui presentes sunt, unicuique in sua sola persona, quorum ista sunt nomina: Dominicus Martini, Petrus Zapatero, Dominicus Februarii, Fernandus Calvet, Fernandus Portero, Maria Petri, Martinus Vasalli, Sancia Pl..., Dominicus de Era, Fernandus Descorriel, Pela Facundi, Dominicus Vasalli, Don Martin presbiter, Donna Iusta, Ioan Pelaz, Fernandus Mulo, Petrus Tirado, Pela Oveiero, Michael de Oro Calveta, Maria Iohannis, Don Gil, Ioan de Roales, Dominicus Stephani, Marina Teiera, Iohan Cordero, Micahel Beltran, Petrus Stephani.

Siquis contra hoc pactum venerit, pectet quingentos morabitinos. Facta in Valderas era MCCLIII. Qui presentes fuerunt: Martinus archipresbiter conf. Martinus Fernandi conf. Don Alvaro conf. Petrus Gunzalvi conf. Don Pasqual conf. Pela Grosso conf. Petrus Maurus notuit.

LXVIII

Alfonso IX reconoce que el Monasterio de Villar de Donas es heredad de hidalgos y prohibe en su consecuencia exigir en él ninguna prestación á los funcionarios reales.

1216, Abril 22.

Muñoz Rivero, *Manual de Paleografía*. Madrid, 1899, pág. 382.

In Dei nomine amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris per hanc cartam, quod ego Adefonsus Dei gratia rex Legionis et Gallecie inveni per veritatem, quod monasterium Sancti Salvatoris de Villar de Donas est hereditas de filiis dalgo. Et mando firmiter, quod nullus meus homo demandet aliquid in suis hereditatibus aut possessionibus, nec faciat ibi malum aliquid aut contrarium. Et qui inde aliud fecerit, iram meam habebit et quantum inde prendiderit dupplabit et trecentos morabetinos mihi pectabit. Facta karta apud Lucum vigesimo secundo die aprilis, era millesima ducentesima quincuagesima quarta. Signum Adefonsi regis Legionis. Ruderico Lucense episcopo testis. Pelagio Minduniense episcopo testis. Velasco Lucense archidiacono testis. Donno Fernando Muniz testis. Donno Velasco. Fernan de Deza testis. Donno Lupu Ruderici testis. Gil Oariz testis.

LXIX

Fuero concedido por la priora del Monasterio de Vega y el prior Pedro al Concejo de este Monasterio.

1217, Diciembre.

Colección de Sobreira, tomo IV. Copia del siglo XVIII. Biblioteca de la Academia de la Historia.

Per presens scriptum notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego Armanda priorisa monasterii de Vega et Petrus prior de assensu totius nostri Capituli et de mandato abbatisse Fontisbrabe facimus cartam absolutionis, concessionis, absolutionis et stabilitatis Concilio Monasterii de Vega et universi generi eorum ibidem commoranti perenniter valituram.

1. Absolvimus itaque eos de cetero a redditu illo, quam debeant nobis annuatim, de terris, de vineis, quas tenebant in prestimonium; et ad petitionem et volumptatem supradicti Concilii, damus et concedimus ipsas terras, vineas sexaginta hominibus tenendum absque redditu, ut habeant eas et dividat et pignoret inter se absque ulla venditione.

2. Preterea quitamus viduas ipsius ville ab illa consuetudine olearum, quam solebant dare.

3. Et statuimus, ut unusquisque faciat suum muradal ad ponenda stercora; et cavet terram intus villam in convenientibus locis, exceptis solaribus. Et de foris faciant suos valladares similiter ad suas terras sine calumpnia, ita tamen, quod cadriga et bestia onusta possit transire sine impedimento.

4. Hoc autem totum facimus, ut omnes de pacto tam sexaginta quam alii exeant ad forum, et libenti animo et voluntate bona faciant nobis sernam ad decem et quinque dies ad voluntatem nostram infra hebdomadam, sicuti in sua propria hereditate.

5. Et unusquisque persolvat unum solidum in festo Sancti Martini de unoquoque fumo... quod a festo Sancti Ioannis usque Nativitatem.

6. Et quando levaverint suum panem de sua area, vocitent nostrum decimarium, et si noluerit venire, faciant testes et dimittant nos-

tram decimam in area, et similiter de linno et vino; et hoc sit firmum et aliter non fiat.

7. Nos providentiam et consilium duorum bonorum hominum, quos elegerimus annuatim de su concilio, qui sub iuramento sue fidei debent esse fideles, in labore nostro stare super senararios... supradictos.

8. Debemus illis dare conductum, videlicet, panem de plena pessa et vinum et conductum, sicuti nostro conventui; et ad unum rogum unam carnem, scilicet, inter quatuor quartam partem unius arietis, vel inter duos unam pessam ac vaccine carnis.

9. Et qui non fuerit ad sernam, pectet unum carnerium.

10 Et si duo homines, quos nos elegerimus in concilio, noluerint iurare, unusquisque pectet unum morabetinum, et ponamus alios; et isti duo sint excussati de serna. Si forte sint rebelles, et noluerint stare supra senararios, unusquisque pectet unum carnerium, et de illo die non sint excussati.

11. Et si nos voluerimus departire nostram sernam, unus vadat ad unum diem et alius vadad ad alium diem.

12. Et si aliquis contradixerit vel maledixerit istis supradictis iuratis, pectec unum carnerium nobis sine amore, et exeat de nostro labore.

13. Si aliquis voluerit ire ad aliam partem morari, usque ad novem dies levet suum ave ret vendad ad vicinum, qui faciat forum, et [d]imittat magistram portam cum suis fastialibus, et cum suo prestimonio; et de labore, quam habuerit in nostra hereditate, reddat nobis quartam partem. Et si habuerit in ortum suum arbores que fructum levent, dimittat nobis medietatem, et aliam medietatem vendat nobis vel ad vicinum.

14. Si quis fuerit, qui ad aratrum suum habeat cavallum, et non habeat filium varonem vel mulierem pregnantem de filio varone, cavallus detur pro remedio anime sue nostro conventui.

15. Si forte vinum defecerit nobis, et cantara de Maiorica valuerit ultra duos solidos, habeant per vinum unum denarium, et si minus, unam mellam.

16. Et si non habuerint suum directum, sicut iam supradictum est, teneant suam sernam donec que habeant suum directum.

17. Preterea statuimus et concedimus, ut vidue, que non habent in apreciamento usque ad quinque morabetinos, non faciant sernam neque aliam facenderam, preter tres rogos in anno.

18. Si quis fecerit homicidium, pectet ducentos solidos, et si non

habuerit unde reddat, sua mulier vel sui filii levent medietatem de quantum habet, et alia medietas remaneat nobis.

18. Si quis fecerit calumniam, det fiador in quinque solidos; et si non fuerit vicinum, det senem, qui levet vocem super se. Et si hoc non fecerit, sit captus per mediam gargantam.

20. Si quis intraverit in horto a pesar de suo duenno, pectet quinque solidos per introitum, et per exitum similiter, et recuperet damnum quem fecerit; et isti denarii sint inter Concilium et Palatium.

21. Et qui cortaverit arborem, pectet quinque solidos et damnum quem fecerit.

22. Et qui habuerit linarium, mundet suam fronteram et teneat eum bene stercoratum, ut non perdamus fructum; sin autem, perdad eum.

23. Nos vero debemus habere nostros escussatos, merinum, maiordomum, nostros confessores, ferrero, carpentero, iugueros, molineros, soteros, posaderos, ortelanos, escuderos, lavanderas de convento.

Si quis vero de hanc cartam frangere voluerit, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda proditore in inferno damnatus, amen.=Facta carta sub era millessima ducentessima quinquagessima quinta in mense decembris. Regnante rege Aldefonso in Legione et in Galetia. Ruderico Alvariz episcopo in Legione. Tenente Maiorica Fernando Gundisalvis. Suo Merino Petro Ioanni. Alcaldibus: Nicolo Martini, Petrus Constance.—Unde adeo et ego Armanda priorissa Monasterii de Vega et Petrus prior de assensu totius nostri Capituli et de mandato abbatisse Fontisbrave hanc cartam, quam iussimus facere, manibus nostris roboramus et confirmamus et signum facimus. Qui presentes viderunt et audierut: Petrus Breton conf. Dominicus Ioannes conf. Gundisalvus Martiniz conf. Dominicus Marriel presbiter conf., etc.

LXX

Pesquisa acerca de los derechos que correspondian al Monasterio de Celanova y á Pedro Fernández, alcaide de los Castillos de Santa Cruz y de Gaudi, formada por orden de Alfonso IX, para terminar la contienda entre ambas partes respecto á cotos, términos y fueros en determinados territorios.

1218, Marzo 21.

Documento particular del Monasterio de Celanova, núm. 4. Archivo Histórico Nacional.
Galicia Histórica, tomo I. Santiago, 1901. Ap. LXXXV, págs. 397-402.

Orta fuit contentio inter dompnum Petrum tercium abbatem Cellenove et eius conventum ex una parte et dompnum Petrum Fernandi militem de Caparin tenentem castellum Sancte Crucis et castellum de Sandi ex altera, super cautis et terminis et foris eorum, in quibus abbas se dicebat a predicto milite gravari. Cumque inde questio non modica coram domino rege Aldefonso a prefato abbate ac eius conventu proponeretur, mandavit dominus Rex, ut boni homines eligerentur, qui recte ac diligentur requirerent, que iura Monasterium Cellenove in ipsis locis et terris super quibus contendebatur debebat habere et que dominus terre. Tunc dominus Rex de consensu parcium elegit ad hoc dompnum Petrum Midiz priorem de Corujio et dompnum Velascum Ferrandi monachum et Didacum Roderici hominem Regis, qui iurerando se procesuros in hoc fideliter promiserunt.

Nos igitur Petrus Midiz prior de Corugio et Velascus Ferrandi monachus et Didacus Ruderici inquisitores, sicut vobis domine Rex in presentia parcium promisimus, sic revera notificamus, quod in inquirendo quantum potuimus recte ac diligenter processimus et per iuramentum bone opinionis homines interrogavimus et ab eis quesivimus veritatem.

Invenimus autem, quod maiordomus de castello de Sandi non debet ad voces de Montibus intrare, sed debet petere directum maiordomo Cellenove; si autem ei dare noluerit, tunc ipse pignoret per se.

Item maiordomus Cellanove debet homines ad faciendum castellum cum cecidit cogere et excusare quos voluerit, et non maiordomus castelli. Item ipsi homines de Montibus debent ire in fossatum cum maiordomo vel perticario Cellenove, non cum domino castelli. Item castellum in terra de Montibus debet habere voces tantum in suis hominibus et Cellanova in suis: maiordomus tamen castelli non debet ibi intrare nisi prius pecierit directum maiordomo Cellenove, ut supradictum est. Item de hominibus communiatis, quantum Cellanova vel castellum habuerit in homine, tantum debet habere in voce.

Item maiordomus castelli nullas debet finire voces nisi partem, que sibi compecierit, illarum vocum pro quibus pignoraverit, si ei maiordomus Cellanove noluerit dare directum.

Item homines de Soutello omnes sunt forarii Cellenove et omnes debent esse vassalli Cellenove.

Item invenimus, quod olim dompnus Menendus, dictus Abbas, miles posuit forum iniuste in terra de Montibus, hoc scilicet, ut quilibet rusticus annuatim daret domino castelli unum caseum recentem et frustrum de butiro, si haberet ganatum, et unam gallinam. Invenimus etiam, quod dompnus Gonzalvus Iohannis miles posuit iniuste super ipsos homines collectam.

Item invenimus, quod olim iam inquisitio facta fuit in terra de Montibus inter homines de Cellanova et de regalengo per novem bonos homines iuratos et tantum isti homines inventi sunt de regalengo, scilicet, generatio de Ramiriz et generacio de Petro Spin. Omnes alii sunt integri de Cellanova et intrat etiam Cellanova ad generationem de Petro Spin.

De Montiam exquisivimus, quod hereditas illa, quam comparavit ibi dompnus Petrus Gomez herat foraria de Cellanova et debuit illam relinquere ad mortem suam monasterio Cellenove. Invenimus etiam, quod vox de Montiam protenditur usque ad fontem de Oisco, similiter et de Aulfi, et ipsa villa de Montiam et de Aulfi est foraria de Cellanova de medietate vocis et calumpnie et de scorcio et focacia et luctuosa et de suis hominibus de luctuosa integra.

Item invenimus, quod maiordomus de regalengo non debet ponere caritellum nec incautare aliquem in Montibus, nisi in Anfeoz pro sua fossadaria in suo regalengo, quod ibi habet, de cauto de Ecclesiola.

Similiter per iuramentum inquisivimus et invenimus, quod in cauto de Ecclesiola pro nulla re debet ibi intrare maiordomus castelli nec dominus terre.

Item homines de Quintana sunt forarii Monasterii Cellenove de senara et de quadrilis et de ariete et de voce et calumpnia et luctuosa et vassallia. Set homines huius cauti debent ire ad faciendum in castello de mandato maiordomi Cellenove, et omnes homines huius cauti debent esse vassalli Cellenove et non alterius. Termini vero huius cauti definiti sunt, quomodo intrat fluvius de Eyris in Arnogiam et inde per ipsum fluvium de Eyris superius ad locum ubi intrat arrogius de Taasindi in ipsum fluvium de Eyris et inde per ipsum arrogium de Taasindi et vadit ad cautum quod est ante portam Sancti Andree et inde ferit in aliud cautum de Outario inter Pennosinos et Ecclesiolam et inde vadit super Soutellum quomodo dividit cum termino de Calvis ubi est signum crucis impressum in lapide et inde ferit in Outarium de Equabus et inde vadit per aliud Outarium et ferit in rivulum de Tolle-

mancas et inde transit ipsum rivulum et ferit in Mamonas de super Nogariam et inde vadit ad locum ubi coniunguntur duo fluvii, scilicet, fluvius de Sentariis et fluvius de Retorta et inde ferit in Arnogiam.

De Pennosinis invenimus, quod Cellanova debet habere medietatem de voce et calumpnia et luctuosa de suis hominibus integras.

De Soutobadi et de Froyanes invenimus, quod nullus debet ibi habere vassallos nisi Monasterium Cellenove, et expresius invenimus, quod ab aqua de Taylla usque in Eyris nullus debet ibi habere vassallum nisi Cellanova nec comparare ibi neque vendere hereditatem, nisi per mandatum et consensum Monasterii Cellenove, cui debent dare vocem et calumpniam et fossaderiam et luctuosam et ire in suum apelidum.

De cauto de Rippa Minei similiter per iuramentum inquisivimus et invenimus, quod dominus terre pro nulla re debet ibi intrare nisi tantum semel in anno una nocte in fisga, et si forte cucurrerit ad montem vel venerit de via tunc et voluerit manere in pausa, debet ei maiordomus Cellenove providere in vino, cevada et gallinas. Maiorinus castelli nullo modo debet in cauto isto intrare, set maiordomus Cellenove debet ei dare directum de hominibus de regalengo, qui fuerint in cauto, si fecerint vocem vel calumpniam, et debent istam vocem dividere per medium. Si vero non dederit ei directum, tunc pignorare debet extra cautum et habere istam vocem integram. Similiter debent dividere luctuosas de ipsis hominibus de regalengo per medium.

Invenimus etiam, quod Caparin est cautum Cellenove, et hereditas Monasterii est ibi divisa per marchos.

Vallongo et Decolada et Leyrado sunt in cauto Cellenove.

Homines etiam huius cauti de Rippa Minei debent ire ad castellum faciendum per manum maiordomi Cellenove. Si quis inde remanserit, maiordomus Cellenove debet inde habere vocem.

Nullus in hoc cauto debet incautare vel caritellum ponere nisi maiordomus Cellenove.

Debent etiam isti homines in fosatum Regis ire per mandatum maiordomi Cellenove. Si vero dominus terre voluerit eos dimittere, quicquid ob hoc ab eis exactum fuerit, medietatem inde habere debet monasterium Cellenove. Si autem perticarius vel vicarius Cellenove in fosatum fuerit, debent cum eo ire homines huius cauti, non cum domino terre. Nullus in hoc cauto habere debet vassallos nisi Monasterium Cellenove.

In cauto isto habebat dominus Imperator quinque hereditates et

terciam partem unius hermide et pro hiis quinque hereditatibus dedit dompnus Ficarius abbas ei quinque casalia, scilicet tria in Dornelas et duo in Sancto Petro de Poul et medietatem ipsius ecclesie de Poul et C. morabetinos: dedit etiam dompno Pelagio Curvo XIIII morabetinos, qui erat dominus terre.

De illis vero hominibus de quibus hanc inquisitionem quesivimus, quod alii de fama dixerunt, quinque ex eis dixerunt de visu, scilicet Nicholaus, Michael Iohannis, Fernandus Covellus, Arias Alvari et Pelagius Eriz, et dixerunt, quod presentes erant quando portarius domini Imperatoris firmavit cautum istud per istos terminos, scilicet per pinnas de Saroy deinde ad Barrosam super Fustanes, deinde ad cautum de Equa Longa, deinde per Mamonas de Carvalias de Velias, deinde per lombas de Boaglerias, deinde ad portellum inter Lauretum et Pousatorium et colligit Soutellum in se, deinde ad Campum de Molino, deinde ascendit ad Vulturariam, deinde ad illum cautum, qui sedet in via que vadit de Sancto Benedicto ad Mereins, deinde ad Mineum super Balum de vado, deinde per mediam venam fluminis Minei usqueque flumen de Deva se infundit in Mineum, deinde per ipsum Devam superius ad Molendino de dompno Alvaro, deinde per Spartificos, deinde ad barrariam de Abeleyra et dividit cum balneis de Menendo Guimariz et cum Villa Bona et vadit ad pinnas de Saroy.

De Merenis similiter debet Cellanova habere medietatem de tota voce.

Villa de Laureto fuit cautata pro parte Cellenove, et homines de Milmanda diruerunt cautum, et ex tunc habuit inde dominus terre medietatem vocis et Cellanova aliam medietatem.

In omnibus vero locis supradictis unde maiordomus terre debet petere directum maiordomo Cellenove, si ei pignoram pecierit de aliquo homine et ille noluerit facere directum, non debet tunc pignorari, set habeant inter se directum.

De Matamala invenimus similiter per iuramentum bonorum hominum, quod Cellanova debet habere medietatem de omni voce regia a termino de pinnis de Saroy usque ad Zafareydos et debet intrare ad vocem et ad omne ius regale in Cerdar et in Sentariis et in toto pons de Matamala. Nec debet pausare in Matamala dominus terre.

De Frogiam similiter inquisivimus et invenimus, quod dominus terre pro nulla re debet intrare in cauto de Frogiam nec pausare ibi, set debet pausare in Manoy et in Comesindi et in Calvis. Cautum istud

dividit cum rivullo de Molinis et de alia parte cum Vangueses, et fuit similiter erectum et confirmatum tempore Imperatoris per istos terminos, scilicet, per furnum de Casali Pelagii Candeeyra, quomodo descendit ad flumen de Deva, deinde ad curritoriam et exit ad pousatorium, deinde ad portum de Suberaria, deinde per auterium de Castro et inde per crucellatam de portu de Ataydi, deinde ad vallem, quomodo dividit Coleyrado per ipsum lombum ad pronum inferius quomodo vadit aqua de rivulo de Miido ad flumen de Deva.

De aliis vero terris, que sunt extra cautum, debent inde dividi voces per medium inter Monasterium Cellenove et dominum terre.

De villa vero de Sauto prope Fechias invenimus, quod omnes ibi habitantes debent esse vassalli Cellenove.

Et hoc de hiis super quibus erat contentio, perquirentes cum omni diligentia veritatem.

Audiens autem ego Aldefonsus Dei gratia Legionis rex concedo et confirmo omnia, que supradicta sunt, in debito statu in perpetuum permanere, et aufero illas exactiones de Montibus, que facte fuerunt a dompno Menendo Abbate milite et a dompno Gonçalvo Iohannis, scilicet, collectam et caseum recentem, frustrum de butiro et gallinam, ut nunquam de cetero exigantur; set omnia, qui in hac pagina continentur, in ea libertate sint qua fuerunt tempore avi mei tempore Imperatoris. Data inquisitione apud Pontem Veterem, era MCCLVI et quotum XII kalendas aprilis.

LXXI

Fuero dado por Rodrigo Rodriguez y su mujer Inés Pérez al Concejo de las Quintaniellas.

1219, Marzo 4.

De Manuel, *Memorias para la vida del Santo Rey Fernando.* págs. 288-289.

In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, que yo Don Rodrigo Rodriquez en uno con mia moier donna Agnes Peidrez e por salud de nostras almas damos et otorgamos estos fueros al concejo de la Quintaniellas.

1. Que ningun ome que moira so parede, o agua, o aquel mate ol queme fuego, o que sea echado en termino, o padre, o hermano quel mate por ocasion, e de otras ocasiones que iacen hy mochas, que non sean pechados.

2. Y el vecino quel matare peche cien sueldos.

3. E de todas las caloinas que ficieren, la meitad les echo en tierra.

4. E maneria toda quita.

5. E todas estas cosas que aqui son dichas sin erras sean demandadas.

Esto les do yo que hayan por fuero:

6. El que oviere iugo de bois, de un morabetino. El que oviere un boi, de medio morabetino, et esto que lo den por la Sant Miguel. E el que oviere iogo de bois, por la Sant Martin dé dos sueldos en enfurcion; e el que oviere un boi, dé un sueldo, et esto den por todos sus fueros e sus heredades, que corra a toda parte.

7. E por salud de nuestras almas, que elos entendieren, o su pro fuer, yo con elos e elos conmigo, que hy los meta yo con todos sos fueros que en esta carta son dichos.

8. E en estos fueros que yo do, non peche clerigo, ni cabalero, ni ome que pechero non sea.

Facta carta in mense martii otro dia de Emeteri et Celidoni, era M.CC.LVII, regnante rege don Fernando con sua madre donna Berenguela en Castiella e en Toledo. Alferez del Rey don Lope Diez. Mayordomo don Gonzalvo Roiz. Episcopo en Burgos don Mauriz. Merino Maior del Rey Gonzalo Piedrez. D Arnielas. Unde sunt testes: el abad de Santa Maria de la Vega, e fray Domingo, el prior don Esteban de Fornielos, don Armillo de Ormaza, e Gomez Armillez é Seydro Armillez, e don Adam mayordomo de don Rodrigo, Ioan Fernandez de Tapia, e Garci Fernandez, e Gomez Fernandez, e Gotierre Diez. De las Quintaniellas E... Martin Roiz, e Gonzalo Roiz, don Martin el fijo del abad. De f. Oterdaios Domingo Acucia, F.ᶻ Andres, Florent Juanez. De Villa Armento D. Martin el abad, don Nieculas, don Domingo Sant Miguel. De Santa Maria Gonzalvo Pelaez el abad, don Juannes fijo de Peidro Diez, e don Domingo so hermano. E todos estos cabaleros e estos concejos son veedores e auditores e confirmadores.

LXXII

Convenio entre el arzobispo de Toledo, Rodrigo, y los judíos de su diócesis, con la aprobación de Fernando III, conmutando en una cantidad anual en dinero los diezmos y «oblationes» que pagaban por sus propiedades inmuebles, y determinando el modo y forma de recaudarla.

1219, Junio 16.

De Manuel, *Memorias para la vida del Santo rey don Fernando III*, páginas 292-293.

Notum sit omnibus hominibus presentem paginam inspecturis, quod super decimis et oblationibus, quibus iudei Toletane diocesis, ex statuto concilii generalis sub Innocentio Papa III celebrati, Toletane Ecclesie et domino Roderico eiusdem archiepiscopo Hispaniarum primati tenebantur, facta est compositio inter eundem Archiepiscopum et iudeos sue diocesis in hunc modum. Quilibet iudeus, qui vicesimum annum complevit aut fere vicesimum cepit, quicumque fuerit morator in diocesi Toletane, domino Archiepiscopo sextam partem unius aurei annuatim solvere teneatur, nec ullus ab hac solutione defectu pecunie vel ocasione aliqua excusetur. Similiter quilibet iudeus coniugatus, licet minoris vel cuiuscumque etatis sit, predictam sextam partem aurei annuatim solvere teneatur Archiepiscopo supradicto, exceptis tamen mulieribus, cuiuscumque etatis sint, solvere non tenentur. Propter istam ergo compositionem, iam dictus dominus Archiepiscopus absolvit iudeos omnes sue diocesis tam modernos quam posteros a solutione oblationum et decimarum, quibus ei ex statuto concilii generalis tenebantur. Addit etiam, quod quatuor ex senioribus adelantatis de Aliama Toleti et duo de qualibet Aliama, quos dictus Archiepiscopus nominaverit, semel et non amplius iurare teneantur, quod quotiescumque super etate dubietas emerserit, secundum suum intellectum fateantur singuli in sua Aliama de quibuslibet dubietatibus an ratione etatis dicte solvere teneantur nec ne. Supradicta utique compositio facta est pro hereditatibus, quas dicti iudei hactenus habuerunt, tali conditione addita, quod si aliquis iudeus hereditatem aliquam vendiderit christiano, et tanta quanta ipsa est et non maiorem emere voluerit a christiano, pro ea decimas non persolvat. Si autem iudeus, qui ad presens hereditatem non habet, hereditatem aliquam emerit a christiano, vel eam quocumque titulo a christiano acquisiverit, decimas inde solvere teneatur Archiepiscopo sepedicto; exemptis ab hac solutione domibus constructis vel construendis, populatis vel populandis, locatis etiam sive locandis, emptis vel emendis a christianis, vel ab aliis. Et si aliquis iudeorum se alzaverit cum predicta pecunia, seniores iudeorum compelant eum ad solutionem dictam; sin autem, dictus Archiepiscopus tornet se ad Aliamam, et Aliama teneatur ei. Et ista colecta fiat inter festum Sancti Michaelis et festum Sancti Martini unoquoque anno. Preterea dominus Archiepiscopus promittit quod secundum Deum et honestatem suam, quantum poterit facere, defendet et coadiuvabit eos. Et nos Rodericus Dei gratia Toletane Sedis archiepiscopus et Hispaniarum primas, ad maiorem huius compositionis et pacti stabilitatem et confirmationem, paginam presentem sigilli nostri munimine fecimus communiri. Hanc autem compositionem suprascriptam, nos Ferrandus Dei gratia rex Toleti et Castelle, ex assensu et voluntate regine domine Berengarie genitricis nostre, una cum fratre nostro infante domino Alfonso vobis, domino Roderico supradicto Toletane Sedis archiepiscopo et successoribus vestris, concedimus et firmamus, et promittimus bona fide, quod eandem compositionem facimus nunc et semper ratam inviolabiliter observari. Et ut supradictum factum et compositio maioris robur obtineat firmitatis, presentem sigilli nostri munimine roboramus. Facta carta apud Segoviam decimo sexto die iunii, era millesima ducentesima quinquagesima septima, anno regni nostre secundo. Domno Lupo Didaci de Faro existente alferiz domini Regis. Domno Gonsalvo Roderici, maiordomo Curie Regis. Domno Garsia Ferrandi, maiordomo Regine. Ioannes domini Regis cancellarius, abbas Sancti Emeterii Petro de Soria scribere mandavit.

LXXIII

Privilegio de Fernando III á los recueros de Soria.

1219, Septiembre 6.

Loperráez, *Colección diplomática del Obispado de Osma*, tomo III. Madrid, 1788, pág. 60.

Per presens scriptum cunctis hominibus notum sit ac manifestum, quod ego Fernandus Dei gratia rex Castelle et Toleti, ex assensu et

voluntate domine Berengarie regine genitricis mee, una cum uxore mea Beatrice et cum fratre nostro domino Alfonso, facio cartam donationis et concesionis, confirmationis et stabilitatis omnibus hominibus qui vendunt in Soria vinum de acarreo presentibus et futuris pretio valuatum. Dono inquam illis et concedo istum forum, quod Alcaldes pro venditioni vini sui non posint ponere cotum super eos, nec pignorare eos pro toto, nec habeant quod videre in medidis suis; sed mando quod ipsi dent quatuor vel sex bonos homines de sua Conffadria, qui videant istud totum, et quod estiment quomodo debant vinum ac ratione vendi, secundum quod tempus eguerit. Mando, quod totum istud videant et estiment cum assensu et arbitrio cuiusdam de melioribus hominibus ville, quem ipsi elegerint, vel quem ipsis Rex dederit; et istud meum privilegium sit eis firmum et stabile omni tempore et perseveret. Si quis vero hanc cartam infringere seu diminuere in aliquo presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat et cum Iuda Domini proditore penas sustineat infernales, et regie parti mille aureos in coto persolvat, et damnum eis super hoc natum restituat duplicatum. Facta carta apud Burgos sexta die septembris era M.CC.LVII, anno regni mei tertio. Ego rex Fernandus regnans in Castella et Toleto, hanc cartam quam facere iussi, manu propria roboro et confirmo.

LXXIV

Sentencia dictada por Alfonso IX, en virtud de querella del abad y los monjes de San Esteban de Ribas de Sil contra los hombres del valle de Zerreda, de Viloose y de Loona, que procuraban sustraerse al señorio de este Monasterio.

1220, Enero 9.

Vázquez Núñez, en el *Boletín de la Comisión provincial de monumentos históricos y artísticos de Orense*, tomo II (Orense, 1904-1905), págs. 219-220.

In Dei nomine, amen. Ea que in presenti fiunt cito a memoria elabuntur nisi in scriptis redigantur: scriptura enim nutrit memoriam et oblivionis incommoda procul pellit. Idcirco ego Alfonsus Dei gratia rex Legionis et Galletie notum facio per hoc scriptum tam presentibus quam futuris quod coram me data fuit multotiens querela ex parte abbatis et conventus. Sancti Stephani de Ripa Silis de hominibus qui

habitant in valle de Zerreda et in Vilooxe et in Loona que multotiens se... ad querendum alium dominium, et ego mandavi per litteras meas priori de Sancta Maria de Iuncaria de Ambia et priori de Sancto Pedro de Roca et duobus militibus meis qui inquirerent diligentia per omines et mulieres, si ipsi homines de valle de Zerreda et de Vilooxe et de Loona potebant deviare dominium Monasterii Sancti Stephani et accipere alium dominium... abbatem Sancti Stephani. Et ipsi priores et milites inquisiam fecerunt et eam inde dederunt; et ego vidi et aperui illam inquissam, et inveni eam bene factam per multos homines clericos et laicos et religiosos et iuratam per Santos Avangeos, et inveni, quod homines de Valle de Zerreda et de Vilooxe et de Loona sunt integramente vasallos et esse debent abbati Sancti Stephani, et inveni quod ista loca sunt de cauto Sancti Stephani per privilegium et per cautum antecessorum meorum et de nobis confirmata et reborata, et ideo mando per sentenziam firmiter tenendam quod homines de valle de Zerreda et de Vilooxe et de Loona et de toto suo cauto de Sancto Stephano sint vasalli obedientis abbatis Sancti Stephani et non alterius hominis nec mulieris de mundo et dent sibi et suis sucessoribus luctuosa et maninaticum et omnia alia, que ad dominium regale pertinent vel pertinere debent; et mando quod per istam inquisiam stent, quia bonos foros nolo mutare sed malos meliorare. Si quis igitur contra istam nostram sententiam venire presumpserit, tan de meo genere quam de extraneo et hanc cartam in alio infringere temptaverit, iram Dei omnipotentis habeat et regiam indignationem incurrat; et si quis invaserit, in duplo componat et insuper mille morabetinos Monasterio predicti exsolvat et corpora sint tradita iustitie terre propter alevosiam quam fecerunt et cum Iuda Domini traditore penas luat perpetuas in inferno. Facta carta apud Salamancam III die post Epiphania Domini era MCCVIII.

LXXV

Fuero otorgado á los pobladores de Alcoba por D. Martin, maestre, y D. Rodrigo Diaz prior de la Orden de Santiago.

1220, Noviembre 8.

Documento particular del convento de San Marcos de León, núm. 145. Original. Archivo Histórico Nacional.

In Dei nomine. Notum sit per hoc scriptum universis presentibus

quod ego Martinus Dei miseracione milicie Sancti Iacobi magister una cum priore fratre Didaci et cum nostro generali Capitulo et domino Petro Pelagii, qui tened nostrum Hospitale, damus et concedimus ad populandum vobis hominibus de Alcoba ipsam villam de Alcoba ad forum, qui est hereditas Hospitalis et iacet in rippa de Orvego inter Sardonedum et Riberella et palacium Regis et Vilelam, tali foro, videlicet:

1. Quod anuatim detis nobis vel successoribus nostris totam quintam partem de omnibus fructibus, quoscumque in ipsa villa et in suo termino laboraveritis: quintam partem sciliced panis tritici et centeni et hordei et milio et leguminis; et quartam partem vini ex posituris ceptis de servis, de quibus iam habemus medietatem, et vos positores habetis aliam medietatem. Et si aliquis vasallus Hospitalis posuerit vineam in hereditamenta Hospitalis, medietatem positure habead: alia medietas sit Hospitalis.

2. Debetis etiam nobis dare omnes populatores ipsius ville pro inforcione, unusquisque XVIII denarios ad festum Sancti Martini de novembrio, et XVIII denarios ad festum Pasche pro iantare unoquoque anno. Et qui porcum occidedrit debet dare unum lumbum.

3. Et debetis malliare panem sicut soletis, et debent vobis dare ad comedendum sicut solent dare.

4. De molendinis de Cornel, debetis dare VI quartas centeni de unoquoque molendino. De aliis molendinis de Veezella, singulos stopos centeni omni anno.

5. Et illum, quem nos posuerimus pro nostro maiorino, si noluerit esse maiorinus, ded nobis unum arietem de duobus dentibus vel duos solidos, et postea ipsum, quem nos posuerimus pro maiorino, sit ipsius ville, et si panem nostrum et vinum vel alias nostras directuras collegerit, ded nobis cuntam de toto per bonos homines, et in quitacionem ded nobis unum morabitinum et sit liber et quitus de merinatu et hoc sit de anno in annum.

6. Et ille qui hereditatem suam vendere voluerit, vendad moratori ipsius ville qui sid vasallus Hospitalis et faciat prenominatos foros. Et ipse qui compraverit, compared unum solum et faciad supradictos fo[ros] [s]olo in quo seded compleat suos foros.

7. Et populatores iam dicti predictos faciant et non amplius, et sint semper vasalli Hospitalis.

8. Ecclesia vero cum omnibus directuris suis debet esse tota Hospitalis.

Et ego Martinus Dei miseracione milicie Sancti Iacobi magister una cum priore Sancti Marchi et nostro generali capitulo et cum domino Petro Pelagii, qui tened nostrum Hospitale, accepimus a vobis hominibus populatoribus eiusdem ville in roboracionem huius carte quantum nobis et vobis bene complacuit. Siquis igitur nostrum hoc, quod superius scriptum est, infringere aut temptare voluerit, sit maledictus et excomunicatus et vocem huius pulsanti mille morabitinos pectet, carta in suo robore senper firma permanente. Facta carta sub era M.CC.L.VIII et quoto VI idus novembris. Regnante rege domino Adeffonso, Legione, Gallecia, Asturis et in Strematura. Domno Petro in Astorica episcopo. Ego iam dictus Martinus milicie Sancti Iacobi magister una cum priore Sancti Marchi et nostro generali Capitulo et cum domno Petro Pelagii, qui tened nostrum Hospitale, hanc cartam huius populatoris, quam fieri iussimus, propriis manibus roboramus et confirmamus et signa facimus. Insuper nos populatores concedimus, quod panem, quam vobis dederimus in quinta, levemus eum vestro cellario in ipsa villa. Presentibus: Pelagio Alvari, qui est de Terdecin, conf. Didaco Roderici, qui est de Terdecin, conf. Nuno Frole, qui est de Terdecin, conf. Petro Petri de Barroco Pardo, qui est de Terdecin, conf. Martino Fernandi, qui est de Terdecin, conf. Garsia Martini de Castella, qui est de Terdecin, conf. Priore d'Ucles et comendatore, qui est de Terdecin, conf. De Hospitali, Diego Rama conf. Petro Falco fratre, qui stabat in Alcoba, conf. De Ribella, Petro Introgero conf. Dominici Petri Carrapito conf. De Villela, Fernando Iohannes presbiter conf. Petro Francco presbiter conf. Domno Iuliano conf. Dominico Beyzan conf. De Villavelid, domno Lupo presbiter conf. Mariscon. De Celadiella, don Pedro presbiter conf. Iohannes Porcum et Martino Martini conf. Martinus Alvo presbiter de Sardonedo conf. P[etro] Alegre. Dominico Resco conf. Cabicinas de Raneros conf. Martinus Zebollero conf. Petro Epeso conf.

LXXVI

Diploma de protección de Fernando III á los judíos de Burgos y Villadiego.

1222, Febrero 25.

De Manuel, *Memorias para la vida del Santo rey D. Fernando III*, páginas 338-339.

Ferrandus Dei gratia rex Castella et Toleti, omnibus hominibus

regni sui hanc cartam videntibus, salutem et gratiam.=Sepades, que yo recibo en mi comienda et en mio defendimiento los judios de Villadiego, que son poblados en el solar del hospital de Burgos, et todo quanto han. Mando, que pueblen y fasta veinte casados entre los poblados et por poblar, et que hayan el fuero que han los otros judios de mio regno, et que non fagan fuero ninguno si non al hospital de Burgos. Et mando demas, que ninguno non los peindre, si non por so proprio debdo que devan o por fiadura que ayan fecha, et ninguno que mal les ficiese a ellos, nin en lo so, nin los peindrase, cient moravetinos me pechará en coto, et a ellos todo el daño que les ficiese dargelo ye doblado. Et mando a todos los mios merinos, que aquel que mal les ficiese, quel peindren por el coto et por el duplo del daño que les ficieren. Facta carta apud Vallessoleti, XXV die februarii, era M.CC.LX prima.

LXXVII

Fuero concedido por el abad del Monasterio de Santa Maria de la Vega, Nuño, con el convento y con Rodrigo Rodriguez, al Concejo de Agüero.

1224, Abril 30.

Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos (3.ª época), tomo III (Madrid, 1899), págs. 192-194.

En el nombre de Dios e de la sue gracia. Sabuda cosa sea a los qui agora son e a los qui han de seer cumo hio abbad do Munio pora la gracia de Dios de Sancta Maria de la Vega en uno con el Conventu des meismo logar e con don Rodrigo Rodriguez facemos a vos conceio de Agüero carta destos fueros:

1. Que qui ovier dos bues de I moravedi, et el qui ovier dos asnos I moravedi, et el qui ovier bue e asno I moravedi, et el qui ovier un bue e un asno medio moravedi, qui non ovier bue ni asno, quarta de moravedi, qui ovier dues cabeszas de ganado maior dues eguas o dos novielos o dos novielas de dos dientes a arriba o dos asnos o asnas, que de I moravedi por la Sant Martin; qui ovier sementera fecha i son pan cogecho, que maguer se le muerra, de so fuero assi cumo de suso scripto es, aun siquier que los venda.

2. Cad anno facer IIII sernas, una a barbeiar, otra a sembrar, otra a segar e otra a trilar. E qui non ovier bues nin asnos, vaia con so corpo o foren suos vecinos, si quisier el señor. Hi en estas sernas denles pan e vino abasto, al trilar pan e vino e carne a la iantar abasto.

3. Qui ovier a dar el moravedi, que de en enfurcion X eminas a la emina cepa, las dues eminas de trigo, las IIII de centeno e las IIII de ordio, y el pan que lo den en agosto, hi el diezmo que solien tomar los cogedores de las enfurciones que lo non tomen, mas que lo den todo entegro; e por end el qui avia dar fuero entegro dexenle IIII dineros, al qui medio II dineros, al qui quarto I dinero. E las sernas sean departidas en quatro partes, en tal guisa que si quisier el señor, meta toda la villa; y si quisier la media, si quisier la tercia ó la quarta e menos de la quarta, non haia poder de metela.

4. Las novias que dieren botiias lieven su heredad o foren, si las otras novias que dieren botiias aduxieren la su heredad aca e si non lo aduxieren las otras novias de las fronteras no lo lieven estas.

5. La bibda quis casar, que de V solidos en osas.

6. Los clerigos i las bibdas lieven sos muebles o quisieren o vendan la heredad a los de conceio e non haian poder de vender a los de fuera villa.

7. Mancebo soltero ni otro ome non aian poder de vender su heredad si non a sos vezinos de conceio, e si alá pasar, den sos parientes media cannadiela de vino a conceio hi haian sue heredad e sue buena.

8. Sus egleias de conceio e sos clerigos, que sea poderoso el conceio de sacar e de meter cumo suelen.

9. El merino camies cada anno fata ches cumpla toda la villa e faga ruego de V solidos a cabo de uno anno, e las perdidas que fiziere el senor de las calonnas que acaescan o de sos derechuras por encobamiento del merino, ques las peche.

10. A aquelos montes que son departidos, qui fuere hi cortar, peche un carnero de dos dientes con pesquisa, e si los de palatio cortaren en los de la villa que pechen otrosi.

11. El conceio de Agüero aian siempre dos defesas, que sean guardadas por X annos e que non aian poder nenguno de taiar sinon madera pora casa de nuevo e latas no, fueras cuando se abinieren el conceio que tagen archos por adras, hi esto a razon, e qui dotra guisa quisier taiar peche dos moravedis, la meatad al senor, la meatad al conceio.

Qui en los montes derotos taiar lenna por en el monte vender ni a carros ni a bestias, peche II moravedis, la meatad al senor, la meatad al conceio. Por vender en sue villa o por levar a Carrion o Ambre, tage quanto quisier.

12. Hi estos son los pelagos de palatio: de la penna en que foi la puent fatal otra penna, otro pielago a soto de palatio e los otros todos de la villa.

13. Et el omezilo CI solidos, e quis le fizier, ques le peche si ovier porqué e si non ovier porqué tome el conceio lo que ovier e sobre aquelo cumplan el omezilo, et por toda otra cosa, que muera e tome el dannador.

14. Plaga cuanto preciaren omes de la villa la meetad e de toda calonna con pesquisa. Esto que iaze en estas cartas todo es departido.

15. Los de la villa, que non aian que veer en lo de palatio, ni los de palatio non an que veer en los terminos ni en los exidos de la villa pora encortar ni pora despoiar ni pora arromper.

16. Estos son los montes de palatio: el monte asi cumo departe con los de Billanueva e viene el agua a iuso de Cabarrosa assi cumo prende el valeio de sol maelo e recude al sendero de Tavanera e departe con los de Aviola e de Tavanera hi el sendero qui prende en el maelo e descende a la carrera de los campos, qui va pora Sancta Maria, es del conceio asi cumo descende a Sancta Maria al rio; e los otros montes son todos del conceio, fueras end los qui de suso son departido que son de palatio. Et el abbad hi el convento que sean poderosos de cortar en lo so e fazer cumo quisieren. Hi el abbad hi el convento quitaren la carrera de robra que fazien con plazer de do Rodrigo por secula seculorum amen.

17. La presa, si la crebataren omes de palatio, la meetad del pexador pora conceio.

18. Senor ni merino non saquen end ganado de la vila por calonna nenguna fiadores le parando, si non que gelo tuelan sin calonna; ni prendan casa de nengun morador de Agüero parando fiadores ó aviendo piendra, e si alguno ovier ganado o lo traspusier o foir con elo, que gelo non puedan prender, prendan le la casa hi lo que ovier fata que cumpla derecho.

19. En Agüero non aia manneria nenguna ni roto ni nuptio. El manero quis passar en la villa den sos parientes media cannadiela de vino a conceio hi su heredat quita.

20. Plaga de lanza, V solidos, e otra plaga, II solidos e medio, el tumor, VI dineros, mugier de beneiciones echada en tierra, V solidos con pesquisas, otra mugier, nada.

21. Baron o mugier, qui fuera villa morar, hi el pariente de la villa morir, partan e lieven su buena del mueble.

Esta carta aviemos del tiempo del Emperador, hi era vicia e rota, he mandola el abbad do Munio renovar con el convento de Sancta Maria de la Vega e con do Rodrigo Rodriguez. Ende mas los qui quisieren poblar en Agüero quier de villa quier de fuera villa, qui de nuevo quisier poblar e levantar suelo de nuevo, por II annos non faga fuero. Por estos fueros, que an a fazer los qui moraren en Agüero, que sean quitos de todo otro pecho por secula seculorum, amen.

La carta fecha en el postremero dia de abril, en era de Mª e CCª LXIIª annos. Regnante el rei don Fernando con la reina dona Beatrix en Toledo e in Castella hi en Extremadura. Don Lop Diaz alfieraz del Rey. Don Gonzalvo Roiz maiordomo. Don Rodrigo Rodriguez teniente Carrion e Sallania. Obispo en Leon Rodrigo Alvarez. Iuuan Pedrez merino en alfoz de Sallania. Estas son pesquisas qui lo viron; Gomez Garciaz. Alvar Gil. Gonzalvo Gomez. Gutier Tellez fi de Tel Fernandez. Gonzalvo Roiz. Pedro Roiz de Revenga. Alvar Munioz. Roi Gonzalvez de Tarilont. Iuuan Garciez. Roi Bueso. Gutier Tellez de Valle Rabano. Alfonso Tellez. Alvar Fanez. Roi Martinez, maiordomo de do Rodrigo. Fronteras de Aviola, Domingo Romio. Martin de Palatio. Iuuan hierno de Iuuan Tuel Aloias. De Tavanera, Domingo Pedrez. Do Martino. Pedro Cornero. Iuuan de Corno. De Polvorosa, Domingo Franco. Martin Lopez. Don Sebastian. Estos foron veedores e oidores hi el abbad de Sancta Maria de la Vega con el convento e con do Rodrigo lo otorgaron e confirmaron. E plaziendo i otorgandolo el conceio de Agüero. Qui esta carta quisier crebantar, sea maledito e descomulgado e peche en coto mil moravedis al rei.

LXXVIII

Pleito entre los hombres de San Vicente de Muros y de Santiago de Procul y Lope Pérez, mayordomo mayor de la Iglesia de Lugo, pretendiendo éste someterles á las prestaciones que pesaban sobre los villa-

nos que habitaban en las tierras de la Iglesia, y sosteniendo aquéllos que eran hombres de behetria.

1226, Febrero 24.

Colección de diplomas de la Iglesia de Lugo (siglos XI-XIV), lib. VII, núm. 33. Original. Archivo Histórico Nacional.

Hec est vicaria de pacto quod [fece]runt inter homines de Sancti Vincencii de Muris et Sancti Iacobi de Procul ex una parte et Lupum Petri maiordomum maiorem domini Episcopi ex altera, que fuit data per Fernandum Iohannis dictum Roselo, et quando infidiaverunt se partes supradicte dicti homines posuerunt dictum Fernandum Iohannis pro vicario suo et dictus Lupus Petri maiordomus Pelagium Martini hominem suum, et postea, quando venerunt partes coram iudice Lucense, dixerunt predicti homines, quod nolebant illum vicarium ex eo, quod erat homo dicti maiordomi; et ex tunc steterunt semper partes de beneplacito suo per vicariam Fernandi Iohannis vicarii superius nominati, et per eius vicariam, ut dixerunt dicti homines, taliter se infidaverunt. Predictus Lupus Petri maiordomus venit ad villas superius nominatas et petiit supradictis hominibus petitum, quale ponebat in villis sibi vicinis in villanis de fazendaria in terra domini Episcopi, et ipsi taliter responderunt: quod non tenebantur dare dictum petitum, et ipse maiordomus pignoravit eos et ipsi dederunt ei fideiussorem per ad directum; et ipse maiordomus dixit eis: «postquam datis mihi fideiussorem super hoc petito, date super plura si vultis, quia plus peto vobis, sicut villanis de terra et de fazendaria, vidam et cebadam et totum aliud servicium, sicut faciunt alii villani de fazendaria in terra domini Episcopi, et de omnibus istis dicatis mihi si recognoscitis me aliquid nec ne.» Et homines Sancti Vincentii de Muris recognoverunt in iuditio, quod dabant domno Episcopo pro servicio unam octavam de cevada et unum panem, sicut dabant aliis militibus, qui veniebant ad locum suum, extra Rudericus Ruderici, quod nunquam recognoverunt aliquid Post hec vero dicti homines taliter infidati venerunt coram iudice Lucense Matheo Iohannis ad diem sibi legitime assignatam, scilicet, quadam feria sexta, cum prenominato maiordomo et fecit eis dictam demandam, ut superius dictum est, et addidit, quod postquam recognoverunt, quod dabant domno Episcopo dictam cevadam et panem, quod petebat eis prandium domni Episcopi et gallinam et fazendariam

et petitum et omnem servitium, quod villani de fazendaria ipsius terre vicini sui faciebant domno Episcopo. Tunc nominati homines recognoverunt in iuditio, quod illud servicium, scilicet, cevadam et panem, faciebant annuatim domno Episcopo vel eius maiordomo, et dicti homines auditis aliis demandis, quas eis faciebat dictus maiordomus, petierunt terminum ad deliberandum super petitionibus predictis et obtinuerunt usque in sequentem sextam feriam. Termino prefixo partibus in presencia dicti iudicis constitutis, a parte nominati maiordomi fuit petitum, quod responderetur petitioni sue iam porrecte; a parte vero sepedictorum hominum petitus fuit terminus ad habendam pleniorem deliberationem. Tunc vero iudex audita vicaria vicarii asignavit dictis hominibus terminum usque in sequentem sextam feriam ad deliberandum et respondendum et habendum advocatum in causa predicta, si vellent. Termino vero adveniente partibus in presencia Mathei Iohannis iudicis constitutis, a parte hominum supradictorum extitit allegatum, quod non tenebantur respondere super petitionibus predictis, quia maiordomus terre filiaverat eis quantum habebant et incautaverat eis domos suas pro eo, quod vocaverant se ad videndum quomodo tractarent causam suam et ad ponendum per capita quomodo solverent vicarii expensas et advocati. Ad que prefatus maiordomus sic respondit: quod non incautaverit eis maiordomus terre domos suas nec pignoraverat eos propter illas causas, sed propter quod aconciliaverant terram suam et pignorabant per se et infidabant similiter et ita filiabant ei terram suam. Ad quem prefati homines dixerunt, quod volebant quod inquiretur si ita erat vel non. Post hec vero iudex auditis hinc inde interdictis interloquendo mandavit, quod quicquid pro ista demanda eis dictus maiordomus pignoraverat vel incautaverat, quod totum esset solutum, et responderent. Tunc pars hominum predictorum proposuit, quod non poterat habere advocatum in civitate Lucense et quod rogaverant omnes advocatos civitatis cum denariis suis, quod iuvarent eos, et noluerunt. Iudex vero auditis hinc inde propositis, mandavit dictis hominibus, quod iurarent ad Sancta Dei evangelia, quod non habere poterant advocatum in civitate Lucense, et daret eis terminum ad querendum eum de aliis locis, et iudex prestito iuramento ab eis assignavit eis terminum ad querendum dictum advocatum secundam diem lune post Cineres; quo termino partibus in presencia prenominati iudicis constitutis a parte dicti maiordomi fuit petitum, quod responderetur petitioni sue; a partealtera fuit dictum, quod aduc non poterant habere advoca-

tum. Tunc iudex pronunciavit, quod non daret eis alium terminum et quod responderent, ut debebant; et dicti homines dederunt pro advocato suo et procuratore Iohannem Ruderici, qui particeps est in causa predicta, qui advocatus proposuit et dixit contra dictum maiordomum, quod volebant scire ab eodem, qua de causa vel pro quo vel quibus, faciebat eis dictam demandam. Qui maiordomus sic respondit: quod pro Ecclesia Lucense et pro episcopo eiusdem loci. Tunc dictus advocatus petiit ad dicto maiordomo, quod ostenderet litteram vel mandatum per quem domnus Episcopus habeat ratum quicquid actum est et actum erit in causa predicta; et iudex predictus auditis allegationibus utriusque partis, mandavit vicario, quod iret ad domnum Episcopum, qui in civitate erat, et quereret ab ipso si habebat ratum quicquid prefatus maiordomus fecerat vel facere intendebat in causa predicta. Iudex vero habita certitudine domni Episcopi de ratihabitione per vicarium, mandavit prefatis hominibus, quod responderent petitione dicti maiordomi; et advocatus prenominatorum hominum misit pro gravamine coram dicto iudice, quod iudex mandaret, si videret de iure, quod X homines vel XX vel et V, qui sint de uno avo et de uno casali et de una lacte, quod tractarent causam suam per unum fideiussorem et non capitatim, quomodo erant infidati, ad que iudex respondit; quod non faceret, quia non videbat quare faceret de iure. Tunc advocatus dixit: «mitto hoc pro gravamine et mitto etiam pro gravamine, quod vos domne iudex estis canonicus sedis et domni Episcopi iudex, pro quo nobis faciunt istam demandam, et non debetis esse iudex [in causa] predicta; ad que prefatus iudex sic respondit: quod non admittet eos ad ista, quia in consuetudine veniebat a longis retroactis temporibus, quod senp[er] [iude]x Lucensis tractavit negocia civitatis et cauti tam Episcopi quam aliorum, et nunquam fuit recusatus, et mando vobis quod respon[datis]. Tunc advocatus predictus sic respondit: quod non tenebatur ei respondere, quia veniebant in possesione CCC annorum et in era trium [...] quod nec avi sui nec parentes sui nec ipse fecerant dictum servicium, ut petitum erat eis, et dixit etiam dictus advocatus, quod erant de bene[fetria] de mare usque ad mare et quod nutriebant filios et filias militum terre et quod erant vasalli liberi illius cuius volebant [in] omnibus. Maiordomus sic respondit: quod non prescripitur contra regem, et illud non inpediebat ipsum; ad quod advocatus hominum respondit, quod ipse ma[iordomus] non erat loco Regis immo terreyro et terreyro non debet mittere forum ubi non invenitur.

Tunc iudex dixit: quod terrarius non poterat [mitte]re forum nec ponere. Post hec iudex auditis hinc inde dictis, asunsit sibi terminum ad deliberandum super allegationibus predictis usque in sequentem diem iovis. Termino adveniente partibus in presencia eius constitutis, idem iudex interrogavit partes quid dicebant. Tunc [dictus] maiordomus dixit: idem dico quod primitus dixi; dico, quod supradicti homines sunt villani et filii villanorum et neti et bisneti, et hoc volo cum eis mittere pro inquisia, si mihi denegaverint; et ipsi dixerunt: quod nolebant, sed volebant cum eo mittere pro inquisia, quod nunquam fecerant tale forum quale petitum erat eis a dicto maiordomo, nec ipsi nec avi sui nec parentes sui. Ad que dictus maiordomus sic respondit: quod nolebat cum eis hoc mittere pro inquisia, sed illud quod dicebat eis, quia non preiudicatur Regi si avi nec parentes sui non fecerunt dictum forum, quia habebant aliquod qui excusabat eos de dicto foro, petendo dictum forum domno terre, et domnus terre non dimisit eos propter aliam [fi]dalguiam»; et peto, ut senper dixi, quod faciant mihi servicium loco domni Episcopi, sicut faciunt alii villani de fazendaria in terra domni Episcopi [Tunc] dictus advocatus respondit ei, ut superius est narratum, et iudex dixit, aduc plene non deliberavat et asunsit sibi alium terminum ad deliberan[dum] usque in sequentem ultimam diem mensis martii. Quo termino partibus in presencia dicti iudicis constitutis, iudex habita deliberatione cum [...] dentibus sentenciando mandavit: quod non valeret eis illa prescriptione et postquam recognoverunt, quod dabant illam cevadam et panem, quod tenebantur [dare] aliud servicium. Tunc advocatus dixit: quod per illud servicium deberent esse liberi, et iudex dixit: iam sentenciatum est, et supradictus Rudericus dixit: quod [recog]noverat illud et non debebat amittere propter hoc; et iudex dixit: quod non excusabat eum. A qua interlocutoria et gravaminibus advocatus pre[nomin]atorum hominum domni Regis audienciam appellavit. Cui appellationi, prenominatus iudex detulit, et asignavit partibus terminum ad[dictam] appellationem prosequendam, primum diem mensis iunii proximo venturum. Acte sunt hec per Petrum Pelaii notarium iudicis supradicti. Au[dit]um et a partibus aprobatum ad acta conscripbenda. Sub era M.CC.LXIIII et quod VI kalendas marcii.

LXXIX

Fernando III confirma la exención de pedido á los collazos de la otra parte del Duero, de la Orden de Santiago en Castilla, y la de no ir en fonsado, sino cuando fueran los collazos de los infanzones, concedidas á la Orden por Alfonso VIII.

1228, Enero 25.

Bullarium equestris Ordinis Santi Iacobi, pág. 88.

Ego Fernandus Dei gratia rex Castelle et Toleti inveni privilegium a serenissimo avo meo rege Aldefonso felicis memorie conditum sub hac forma: Tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum, quod ego Aldefonsus Dei gratia rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Alienor regina facio cartam donationis et absolutionis Ordini Iacobitane Militie et vobis domno Sancio Ferrandi eiusdem Militie instanti magistro et successoribus vestris et omnibus fratribus eiusdem Ordinis presentibus et futuris perpetuo valituram. Absolvo itaque omnes collacios vestros, quos ultra Dorium in Castella habetis, a pedido illo, quod mihi annuatim secundum morem patrie solent persolvere. Et concedo et statuo, quod in fonsado eant solummodo quando collacii infançonum iverint et non pluries, et hec mei scripti pagina rata et stabilis perpetuo perseveret. Supradictum itaque privilegium ego supradictus Ferrandus rex Castelle et Toleti una cum uxore mea regina Beatrize et cum filiis meis Alfonso, Frederico, et Ferrando ex assensu et beneplacito domne Berengarie regine genitricis mee ob gratiam venerabilis amici mei domni Petri Gundisalvi instantis magistri Ordinis Militie Beati Iacobi, et pro servitiis, que a supradicto Ordine recepi et recipio indesinenter, approbo, concedo, roboro et confirmo. Siquis vero etc. Facta carta apud Vallem Oleti, era M.CC.LXVI et XXV, die ianuarii. Rodericus Toletane sedis archiepiscopus et Hispaniarum primas conf. Mauritius Burgensis. Tellius Palentinus. Lupus Segontiensis. Bernaldus Secobiensis. Lupus Conchensis. Ioannes Calagurritanus. Petrus Oxomensis. Dominicus Placentinus. Ioannes domini Regis cancellarius et abbas Vallis Oleti conf.—Infans domnus Alfonsus etc.

LXXX

Decreto de Alfonso IX, en el concilio de Salamanca, acerca de los peregrinos que venían al sepulcro de Santiago.

1228, Febrero 5.

López Ferreiro, *Historia de la Santa A. M. Iglesia de Santiago de Compostela*, tomo v. Santiago, 1902. Ap. xv, págs. 46-47.

Adefonsus Dei gratia Legionis rex universis ad quos littere iste pervenerint, salutem et gratiam. Quemadmodum regiam condecet maiestatem honestas et bonas sui regni consuetudines confovere, ita inhonestas et precipue, que contra Deum et iustitiam esse dignoscuntur, tenetur regalis providentie sublimitas extirpare. Inde est, quod ad instantiam et petitionem reverendi patris domini Iohannis Dei gratia Sabinensis episcopi et apostolice Sedis legati, nos Adefonsus eadem gratia rex Legionis et Gallecie constituimus et firmiter per totum regnum nostrum quasi legem precipimus observare, ut peregrinis limina gloriosissimi apostoli Iacobi vel Sancti Salvatoris in Asturiis vel cuiusquam sancti oratorium visitantibus, licitum sit et liberum de omnibus rebus suis secundum propriam statuere voluntate, et testamenta ipsorum sive verbo sive scripto confecta omnimodam obtineant firmitatem. Si vero morte preventi intestati decesserint, socii de terra sua presentes in morte ipsorum bona defunctorum integre recipiant iuramento prestito, quod ea illis fideliter restituant qui succedere debuerint ipsis defunctis. Alioquin omnia bona ipsorum defunctorum per arbitrium episcopi diocesani illius loci in quo decesserint usque ad annum conserventur, ut si forte infra anni circulum venerint illi vel ille quibus vel cui ipsorum bonorum ab intestato est successio deferenda, eis vel ei fiat bonorum restitutio eorumdem. Anno secundo elapso, si nullus comparuerit, cui competat ab intestato successio, episcopus diocesanus Deum habens pre occulis, ob remedium defunctorum peregrinorum, ipsorum bonorum talem faciant distributionem, videlicet, ut terciam partem ecclesie et clericis eiusdem in qua sepulturam habuerint peregrini, et alias duas tercias in usus frontarie contra mauros assignet. Precipimus quoque omnibus iusticiariis nostris, ut hanc constitutionem sive legem a nobis editam observent et faciant firmiter perpetuis tem-

poribus observari. Hec autem acta sunt apud Salamanticam presentibus consentientibus et approbantibus venerabilibus patribus B. archiepiscopo Compostellano et universis episcopis regni nostri a predicto domino Legato ad concilium convocatis necnon et baronibus regni nostri. Anno Domini milessimo ducentessimo vigessimo octavo, in festo beate Agathe virginis, mense februarii.

LXXXI

Carta de behetria de mar á mar, á favor de los vecinos de Sierra de Aguiar, otorgada por Alfonso IX.

1228, Agosto 4.

González, *Colección de documentos de Simancas*, tomo v, pág. 153.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris per hoc scriptum in perpetum valiturum, quod ego Aldephonsus Dei gratia rex Legionis et Galletie manumitto sive quito omnes de terra de Aguiar tam masculos quam feminas a servitute, qua mihi subiecti erant, eos ab omni servitutes penitus liberans et absolvens, concedens etiam eis, ut sint benefetrie de mare usque ad mare. Volo tamen et mando, quod regia voci in unoquoque anno singulos solidos pro fonsadera persolvere teneantur. Siquis igitur hoc meum factum vel hanc mee manumissionis sive quitationis cartam infringere atemptaverit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et quantum invaserit in duplum restituat, et pro ausu temerario regie parti mille moravetinos exolvat, carta nihilominus in suo robore permanente. Facta carta apud Pontemferratam, quarta die augusti, era MCCLXVI. Bernaldo existente archiepiscopo Compostellano. Iohanne Ovetensi episcopo. Roderico Legionensi episcopo. Nunione Astoricensi episcopo. Laurentio Auriensi episcopo. Infante domno Petro maiordomo Regis tenente Limiam, Legionem, Taurum, Zamoram, Extrematuram et Trasserram. Domino Roderico Ferrandi signifero domini Regis tenente Astoricam, Maioricam, Enet et Beneventum. Domino Fernando Guterriz perticario Sancti Iacobi. Domino Petro Petri magistro scolarum Auriensi canonico Compostellano existente chancellario domini Regis. Alphonsus domini Regis scriptor scripsit.

LXXXII

Alfonso IX libera á los hombres del Monasterio de Santa Comba de Naves de algunos servicios y prestaciones, que les exigian injustamente los señores que tenian la tierra.

1229, Septiembre 12.

Vázquez Núñez, en el *Boletín de la Comisión provincial de monumentos históricos y artísticos de Orense*, tomo ii, Orense, 1904-1905, pág. 354.

Alfonsus Dei gracia rex Legionis et Gallecie libero et absolvo monasterium Sancte Columbe de Naves, quod non teneatur solvere comestionem sive prestationem, quam ab eo solebat exigere dominus, qui tenebat castellum de Alva de Bubal. Libero etiam et absolvo monasterium ipsum et homines ipsius monasterii, quod ad nullum laborem teneantur persolvendum dicto castello illos singulos panenes, quod consueverant persolvere in unoquoque mense. Hoc autem facio, quia constat mihi, quod omnia ista fuerunt imposita iniuste monasterio ipsi et hominibus suis per dominos, qui terram solebant tenere, et non authoritate regia. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc mee absolutionis cartam infringere vel ei ausu temerario contrariare. Quod qui presumpserit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationen incurrat et quantum invaserit duplo componat, et pro ausu temerario regie parti in penam mille moravetinos persolvat, carta nichilominus in suo robore permanente. Facta carta apud Ripam Avie, duodecimo die septembris, era MCCLXVII.

LXXXIII

Fuero otorgado por el arzobispo de Toledo, Rodrigo, al concejo de Brihuega.

1221-1229

Liber privilegiorum Ecclesie Toletane (siglo xiii), fols. 23 r. y v. Archivo Histórico Nacional.
Fita, en el *Boletín de la Real Academia de la Historia*, tomo viii. Madrid, 1886, págs. 419-421.

Quoniam ea, que geruntur in tempore, simul evanescunt cum tempore nisi scripture testimonio eternentur, proinde nos Rodericus Dei

gratia Toletane sedis archiepiscopus Hyspaniarum primas, presentibus ac posteris notum fieri volumus, quod, cum concilium de Brioga tam de villa quam de aldeis nobis et predecessoribus nostris magna et grata servicia tam libenter quam fideliter exhibuerint, et incessanter nos sibi variis serviciis obligarint, ne eorum servicium et fidelitas sine remuneratione transeant, ex assensu et beneplacito tocius capituli Toletani, eis bonos foros et utiles duximus concedendos:

1. Statuimus itaque, quod quicumque habuerit valiam viginti duo morabetinorum det nobis pro pecta in anno sexdecim solidos et dimidium et non amplius; et qui habuerit valiam duodecim morabetinorum, det in anno nobis pro pecta octo solidos et tres denarios, et in ista pecta computantur dimidii mencali.

Statuimus preterea, quod aliqui non excusent iuverum neque ortelanum neque molinerum neque pastorem, qui habuerit valiam viginti morabetinorum; a viginti morabetinis infra, excusent iuvarios, ortelanos, molinarios et pastores, sicut ipsus [h]actenus soliti sunt excusare. Ad faciendos postarios, nos eligemus duos bonos homines de concilio quoscumque voluerimus et unum de domo nostra; et isti faciant postarios de viginti morabetinis et de duodecim morabetinis, sicut superius est nominatum. Siquis vero dixerit, quod non habet valiam pro qua debeat pectare, veniat coram istis tribus hominibus, quos nos posuerimus, et ostendat eis omnia bona sua; et si tunc ipsi viderint, quod valiam habet, pectet. Et si forsan isti tres dubitaverint, quod non ostendit eis omnia bona sua, iuret cum duobus vicinis, quot totum ostendit eis, et exeat a pecto anno illo. Pectum autem semper colligatur in mense februarii et infra mensem modis omnibus sit collectum.

2. Apportellatos in villa nos faciemus, sicut ipsos actenus facere consuevimus; set iurati et alcaldes et iudex sint annales.

3. Orphanus autem, qui non habuerit etatem quatordecim annorum, non pectet. Fratres vero, qui bona sua non habuerint partiti, tamen si aliquis illorum uxorem habuerit, vel mulier habuerit maritum et habuerit valiam pro qua debeat pectare, pectet unam pectam, et alii fratres similiter, si habuerint valiam pro qua debeant pectare, insimul pectent aliam pectam.

4. Iudex iurati et alcaldes, in anno quo tenuerint portellum, non pectent.

5. In anno quo concilium de Brioga iverit in exercitu nobiscum vel cum corpore Regis, et fuerint in exercitu per duos vel tres menses, non pectent.

6. Cibaria autem nobis et Regi dabunt, sicut dare actenus consueverunt.

7. In omnibus aliis causis, vivant secundum forum suum; et nos habeamus redditus nostros et alia iura, secundum quod actenus habuimus.

Si quis autem contra statutum nostrum ausu temerario contraire presumpserit, iram omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum. Ut autem hec concessio fororum rata et irrevocabilis perpetuo perseveret, presentem paginam divisam per alphabetum fieri iussimus, subscriptione manus proprie et subscriptionibus canonicorum et sigilli nostri et sigilli Capituli Toletani patrocinio roboratam. Nos Rodericus Dei gratia Toletane sedis archiepiscopus, Hyspaniarum primas, subscribimus et confirmamus. Ego et decanus Toletanus confirmo et subscribo. Ego M. Mageritensis archidiaconus subscribo. Ego magister B. Talaverensis archidiaconus subscribo. Ego magister Iohannes Toletanus canonicus subscribo. Ego Romerius Toletanus canonicus subscribo. Ego Petrus Garsie Toletanus canonicus subscribo. Ego P. Guterrii canonicus conf. Ego Nunius canonicus conf. Ego F. Garsie canonicus subscribo. Ego Iohannes Martini conf. Ego I. magister scolarum subscribo. Ego I. prior conf. Ego E. Toletane ecclesie thesaurarius subscribo. Ego Robertus capellanus conf. Ego Lupus Fernandi canonicus testis. Ego Chistoforus canonicus conf. Ego Dominicus Iuliani canonicus conf. Ego Petrus Fernandi canonicus conf. Ego Iordanus canonicus conf. Ego Sancius conf.

LXXXIV

Alfonso IX confirma los cotos y posesiones de la Orden de Santiago y la faculta para adquirir por cualquier título heredades de los nobles, hijosdalgo, hombres de behetría, clérigos y otras órdenes y las realengas de ciudadanos y burgueses, exceptuando las dadas á las personas de estas dos últimas clases «ad populationem vel ad forum», *las de realengo y las de* «iunioribus regalengis».

1229, Mayo 16.

Bullarium equestris Ordinis Sancti Iacobi, pág. 157.

In Dei nomine, amen. Inter cetera, quibus laudabiliter Regis im-

pletur officium, nihil est, quod ad eius potentiam magis pertineat exornandam, quam venerabilibus locis et religiosis personis pacem et quietem tribuere, iura illis sua illesa servare et de affluentiis liberalitatis regie copiose ditare. Eapropter ego Aldefonsus Dei gratia rex Legionis et Gallecie omnes cautos et possessiones de regalengo, quas Ordo Militie Santi Iacobi ex donatione regia vel ex donatione cuiuslibet alterius vel alio titulo aut alio modo usque in hodiernum diem acquisivit et nunc posidet in regno Legionis, Deo et vobis domno Petro Gonçalvi magistro eiusdem Ordinis et per vos eidem Ordini vestrisque successoribus concedo et iure hereditario in perpetuum confirmo, ita, quod vos et successores vestri disponatis et ordinetis, sicut de his que melius habetis et liberius possidetis, de predictis cautis et possessionibus ad utilitatem vestram et Ordinis vestri. De cetero vero nolo, immo prohibeo, quod regalengum meum vel hereditates de iunioribus regalengis, aliquomodo in regno Legionis sine consensu regio expresso accipiatis sive acquiratis. Concedo tamen vobis vestroque Ordini et successoribus vestris, quod libere ematis, et quolibet titulo acquiratis, de hereditatibus nobilium sive de hereditatibus de filiis de algo et de hominibus de benefecturia et de clericis et de aliis ordinibus et de hereditatibus regalengis civium et burgensium, que date non fuerunt eis ad populationem vel ad forum. Hec autem facio pro remedio anima mea et animarum parentum meorum, et pro servitio quod mihi fecistis, et ut de bonis et orationibus, que in Ordine Beati Iacobi Deo iugiter exhibentur, ipso largiente, partem mihi valeam promereri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc mee concessionis et confirmationis cartam infringere vel (ei) ausu temerario contrariare. Quod si presumpserit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et quantum invaserit in duplum restituat, et pro ausu temerario regie parti in penam mille morabetinos exolvat. Facta carta apud Cauriam. XVI die maii, era M.CC.LXVII.

LXXXV

Convenio entre Alfonso IX y el maestre de la Orden de Santiago, Pedro González, acerca de Cáceres, Villafafila y Castrotoraf.

1229, Mayo.

De Manuel, *Memorias para la vida del Santo rey don Fernando*, págs. 367-369.

Notum sit omnibus hominibus presentem paginam inspecturis,

quod cum orta esset contentio inter me dominum Aldephonsum Dei gratia regem Legionis et Gallecie ex una parte et nos domnum Petrum Gonzalvi magistrum et fratres ordinis Militie Sancti Iacobi ex altera super villa de Caceres et terminis suis, quam nos ad ius nostrum ex donatione bone memorie illustris regis domni Fernandi Legionensis credebamus de iure spectare, tandem contentio ipsa de beneplacito partium est sub hac forma sedata. Ego siquidem predictus rex Aldephonsus cum consensu filiarum mearum infantium domine Sancie et domine Dulcie do et iure hereditario in perpetuum concedo vobis predicto magistro et fratribus vestrisque successoribus et Ordini vestro Villamfafilam cum omnibus directuris et pertinentiis suis, tam habitis quam de iure habendis, et cum facendeira, pecto, petito, et fonsadeira et cum omni alio iure regali, preter monetam. Item do vobis vestrisque successoribus iure hereditario in perpetuum illam medietatem petiti, quam annuatim de Castrotoraf et de suo alfoz percipiebam sive percipere debebam, concedens nihilominus vobis et Ordini vestro et confirmans Castrotoraf cum omnibus directuriis et pertinentiis, et cum facendeira, pecto, petito, et fonsadeira et cum omni alio iure et voce regia. Item do vobis vestrisque successoribus iure hereditario in perpetuum illam medietatem de bestiis, quas percipere consuevi de Castrotoraf et de suo alfoz percepturus eram, ab hodie in antea de Villafafila et de suo alfoz, cum deferem exercitum congregare. Debeo autem in eisdem illis iustitiam exercere, si forte vos vel vicarius vester, qui ad hoc a vobis fuerit deputatus, fueritis negligentes in iustitia facienda. Ad has tamen quatuor voces et non ad alias debeo ego intrare in ipsis villis per me vel per hominem meum convocato prius vicario vestro: ad alevosum, ad latronem scriptum, ad eum qui mulierem forciaverit et ad illum qui stratam publicam vel caminum fregerit. Et de mobilibus, qua pro predictis vocibus data fuerint, percipiat vicarius vester medietatem, et ego aliam medietatem; hereditas autem iustitiati debet vobis et ordine vestro remanere integre. De bonis vero aliorum, quos ego propter negligentiam vestram, et vicarii vestri iustitiavero, nihil debeo accipere, sed omnia debent vobis integre remanere. Habitatores autem et heredes Villefafile et Castrotoraf et de suis alfocis sint vassalli vestri et non alterius, exceptis filiis de algo et benefecturiis de mare ad mare, et faciant vobis illud forum, quod mihi facere tenebantur, et habeant hereditates et possessiones et hereditates, quas in villis habuerint, et vos ad voluntatem vestram de eis disponatis. Si

forte tamen aliquis propter homicidium ab aliqua ipsarum villarum eiectus fuerit, moretur ubi potuerit et habeat hereditatem suam faciendo vobis de ea debitum forum. Promitto etiam vobis pro me et successoribus meis, quod non sufferamus alium, ut habeat vassallum in Villafafila, vel Castrotoraf, aut in suis alfocis contra vestram voluntatem. Ad hec obligo me et successores meos vobis: quod villam de Caceres non demus alicui Ordini, et si ego vel aliquis successorum meorum ipsam dare voluerimus, Ordini vestro tenemur ex pacto et non alii eam dare. Item obligo me et successores meos, quod si Deus aliquo tempore nobis dederit castrum de Turgiello vel de Sancta Cruz aut de Montanchez aut de Medelin, quod demus ipsum vobis et Ordini vestro iure hereditario in perpetuum possidendum et benefaciamus vobis cum eo taliter, quod possitis eum tenere. Nos vero magister et fratres iam dicte Militie Sancti Iacobi renuntiamus presenti scripto omni iuri omnique petitioni et omni actioni, que contra vos dominum Aldephonsum illustrem regem Legionensem vestrosque successores habebamus, tam super villa de Caceres et suo termino, quam super aliis omnibus rebus, pro omnibus supradictis, que a vobis proinde spontanee recipimus. Promittimus etiam vobis et obligamus et successores nostros omagio fidelitatis, quod de Castrotoraf et Villafafila et de earum aldeis faciamus pacem, guerram, et treugas pro vobis et pro filiabus vestris infantibus domna S[ancia] et domna D[ulcia] vel earum altera, si alias morte vel alio casu a regno Legionensi abesse contigerit post vos et pro successoribus earum post ipsas in perpetuum. Do inquam Aldephonsus predictus rex vobis prefatis magistro et fratribus et Ordini vestro vestrisque successoribus iure hereditario possidenda omnia supradicta, ut de eis disponatis et ordinetis, sicut de eo quod melius habetis et liberius possidetis. Si quis igitur contra hanc nostram compositionis cartam venire temere temptaverit, iram Dei omnipotentis incurrat, et quantum invaserit dupplatum restituat, parti adverse mille marcas argenti in penam exolvat, carta nihilominus robur perpetuum obtineat. Facta carta apud Galisteum, mense maii, era MCCLXVII.

LXXXVI

Alfonso IX ordena á los habitantes de la tierra de Santiago, que den las prestaciones en especie establecidas á los «tenentes terre», y que cumplan el servicio militar á las órdenes de éstos, según la norma fijada por el arzobispo de Santiago.

1229, Agosto 30.

LÓPEZ FERREIRO, *Fueros municipales de Santiago y de su tierra*, tomo I, pág. 152.

Adefonsus Dei gratia Legionis rex totis hominibus de terra Sancti Iacobi, salutem. Sapiatis, quod ego mando, quod detis vidam illis qui terram tenent et cebadam, sicut positum fuit; et mando, quod adiuvetis illos pro ad meam hostem, secundum illam mensurationem, quam mandaverit archiepiscopus Sancti Iacobi, et viderit pro bono. Unde aliud non sit. Datum in Ardemir XXX die augusti.

LXXXVII

Decreto de Alfonso IX acerca de los peregrinos que venían á visitar el sepulcro de Santiago.

1229.

LÓPEZ FERREIRO, *Historia de la Santa A. M. Iglesia de Santiago de Compostela*, tomo V., Ap. XIV, págs. 43-46.

Cum his, qui principatum regni suscepit, a Domino, universos sub collato sibi a Deo regimine constitutos alis sue protectionis fovere teneatur ac perenniter defendere illis tenetur, pocius, qui ex minus se habent, tuicionis, illisque potissimum, qui de terra et cognatione sua propter Deum exeuntes, contra pravorum insidias et diversa viarum pericula, post Deum non habent nisi catholicum principem protectorem pre ceteris autem principibus. Ego Adefonsus Dei gratia rex Legionis, Gallecie, Asturiarum et Extremature peregrinis me teneri amplius precognosco, cuius regnum gloriosissimi apostoli Iacobi corporis presencia decoratur, ad quod orandum de universis terrarum partibus universe conveniunt naciones, amore igitur Dei, a quo regni potestas est mihi tradita, et iam dicti gloriossisimi eius Apostoli, cuius singulari presidio tam regnum nostrum quam etiam tota subsistit Hispania, volumus firmiterque decernimus et universis sucessoribus nostris statuimus irrefragabiliter conservandum:

1. Quatenus peregrini Dei et Beati Iacobi per universum regnum nostrum ab omnibus molestiis sint immunes, nec sit hospes vel alius, qui eos audeat in aliquo molestare. Cum ergo peregrini venientes ab hospitibus invitantur, nemo sit ausus nec albergarius nec eius serviens eos violenter atrahere vel impellere vel iurgiis provocare vel aliquam eis violenciam irrogare. Quicumque autem horum aliquid fecerit, si dominus fuerit, voci Regis X morabetinos pectet, si serviens, V, et de domo domini sui foris mittatur et si eum amplius tenuerit, X morabetinos pectet. Qui non habuerit quod pectet, publice fustigetur.

2. Item ex quo quis peregrinos in domo sua recepit, eos benigne ac fideliter tractet, nec sit ausus mensuram prius ostensa vel in vino vel in annona vel in aliis transmutare; quod quicumque fecerit, X morabetinos pectet, prius tamen conpulsus mensuram peregrino solvere ostensam.

3. Item si aliquem peregrinum in regno nostro contigerit infirmari, liceat ei de rebus suis omnino libere, secundum, quod voluerit, ordinare, et sicut ipse disposuerit, ita post mortem eius penitus observetur: preinstruatur autem peregrinus, qui meliorem eius vestem debet hospes post mortem eius habere, nichilque aliud de rebus eius vel hospes vel alius audeat exigere, nisi secundum quod in testamento suo disposuerit peregrinus.

4. Si autem non condiderit testamentum, si socios habuerit de terra sua, sepeliant eum et faciant ei exequias, secundum, quod viderint, expedire, et promittant in verbo veritatis in manibus capellani et hospitis, quod ad heredes defuncti residua fideliter deportabunt, nichilque eis auferatur ab aliquo de rebus defuncti, preter vestem meliorem, que hospitis debet esse.

5. Si autem defunctus non condiderit testamentum nec socios habuerit de terra sua, tunc per hospitem et capellanum sepeliatur honorifice ac pro modo facultatum eius funeri necessaria ministrentur, et de residuis, tertiam partem habeat hospes, tertiam vox regia, terciam ecclesia ubi habuerit sepulturam. Nec audeat hospes maiorinus vel capellanus vel alius aliquid auferre sociis defuncti, tanquam res defuncti, set in pace habeat quantum unusquisque iuraverit esse suum. Si quis vero contra horum aliquid venerit, quid abstulerit restituat ita, quod nichil inde percipiat et voci regie C morabetinos pectet. Prohibeatur autem ab episcopo loci per excommunicationem, ne infirmanti vel hospes vel

alius dolose subtrahat vel differat copiam capellani: et si in hoc fuerit deprehensus, penam incurrat proxime supradictam.

6. Item nullus asinarius audeat mentiri in termino vel in mensura leguarum, nec faciat peregrinum descendere per violenciam vel fraudem aliquam, ante quam ducat eum ad locum quem ei promisit. Quicumque autem fuerit in aliquo istorum deprehensus, perdat asinum vel aliam evectionem, quecumque fuerit, et insuper pectet voci regie V morabetinos, si fuerit serviens, et dominus evectionis perdat nihilominus evectionem, et serviens pectet V morabetinos, vel si non habuerit unde pectet, publice fustigetur.

Hec siquidem ob amorem gloriosissimi Patroni nostri in remedium anime nostre ac parentum nostrorum firmissime tenenda constituimus, alia nichilominus, que ad securitatem et comodum peregrinorum spectaverint, libenter quecumque occurrerint provisuri.

Alfonsus Dei gratia rex Legionis omnibus vasallis suis qui tenent terras in camino francisco a Mansella usque ad Sanctum Iacobum, salutem. Sapiatis, quod ego feci decretum et constitutionem qualiter vivant et trattentur peregrini per regnum meum, qui vadunt ad Sanctum Iacobum. Et mando firmiter vobis, quod illud decretum et illam institutionem, quam ego inde feci et sigillo meo sigillavi, observetis et observari faciatis per totas terras vestras. Quod si non feceritis, meam perdetis gratiam et amorem.

LXXXVIII

Alfonso IX establece, que los hombres que trasladaran su domicilio de tierras realengas á las del señorio de la Iglesia de Santiago, y viceversa, conservasen las heredades que poseian en el territorio donde antes moraban, á condición de prestar los servicios y pagar las rentas á que estaban obligados por ellas.

1188-1230

Cartulario de la Catedral de Santiago denominado *Tumbo B* (siglo XIII) fol. 12. Archivo de la Catedral de Santiago.

Alfonsus Dei gratia rex Legionis et Gallecie omnibus Conciliis et omnibus hominibus de regno meo, salutem et gratiam. Notum sit, ut dominus Petrus IIII Compostelanus archiepiscopus posuit in electione

mea, quod vel homines de villis et posesionibus suis non transirent ad villas et posesiones et populationes meas, nec mei ad suas, et si transirent, non levavent hereditates suas, quas haberent, ibi unde residerent, vel quod homines sui libere transirent cum suis hereditatibus et cum suis posesionibus de suis posesionibus ad meas et contra de meis ad suas. Ego vero, considerata utilitate omnium hominum de regno meo, et volens illis suam libertatem servare, habita deliberatione, elegi potius, ut et sui de suis villis locis et posesionibus transeant quando voluerint ad meas, et mei de meis villis et posesionibus transeant pro voluntate sua ad suas Archiepiscopi; ita taliter, quod de hereditatibus eorum, que fuerint forane, faciant domino earum illud forum pro eis sive mihi sive eidem Archiepiscopi, quo scilicet nostrorum fuerit dominus illius loci in quo est hereditas. Ille vero qui transierit, totum forum quod facere debet per se, ibi faciat ubi caput tenuerit et ubi moratus fuerit; et pro hereditatibus suis foranis, ibi faciat forum suum, quod facere solebat ubi fuerint hereditates, sicut dictum est. Preterea, quantum de decimis, que dantur Ecclesis, [eas] solvat ibi ubi ius dictaverit et loci consuetudo exegerit. Si quis autem morans et habitans in villa Archiepiscopi, fecerit se vicinum in villa mea, vel habitans in villa mea fecerit se vicinum in villa sua, et non mutaverit mansionem, ibi ubi manet faciat totum forum suum, sicut alii qui non fuerint vicini nisi illius loci sive ville in qua ipse manet. Et illi quorum vicino factus est seu transit ad eos, non faciant nullam forciam hominibus illius ville in qua manet ille nec illi qui se vicinum fecit eorum; quoniam si fecerint et admoniti se non emmendarent, pectent mihi et domino Archiepiscopo mille morabitinos. Et ego promito ipsi Archiepiscopo, quod bona fide faciat, ut illi morabitini solvantur mihi et Archiepiscopo, si invenero unde. Preterea, si contra hoc statutum meum aliquis impedire voluerit hominibus Archiepiscopi, ut dictum est, transeuntes ad me vel meos contra transeuntes ad illum, et admonitus non desistat, pectet similiter supradictas penas mihi et Archiepiscopo. Et ego similiter promito, quod exigam dictam penam mille morabitinos ad opus mihi et Archiepiscopi. Liceat etiam ipsi Archiepiscopo supradicto in inviatores et gravatores per censuram ecclesiasticam cohercere donec sibi iuxta tenorem et modum satisfaciat supradictum. Liceat etiam illi modis omnibus, quibus potuerit et voluerit, ipsam penam petere et exigere ad opus meum et suum. Ego dominus Adefonsus hanc cartam, quam fieri iussi, roboro et sigillo meo conmunio. Martino Cemoranense episcopo. Ruderico Legionense episcopo. Iohanne Ovetense episcopo. Petro Astoricense episcopo. Fernando Auriense episcopo. Sueiro Tudense episcopo. Rudirico Lucense episcopo. Pelagio Mindoniense episcopo. Gundisalvo Salmantino episcopo. Lombardo Civitatense episcopo. Giraldo Cauriense episcopo. Santio Fernandiz fratre Regis eiusdem signifero tenente Legionem, Cemora et Extrematura. Fernando Fernandi tenente Castrum Triyare et Alba de Aliste. Ruderico Fernandi tenente Benaventem. Fernando Gunsalvi tenente Taurum et Maioricam. Iohanni Fernandi tenente Allariz et Milmandam et Monte Colum. Ego Martino Pelagii de mandato, post petitionem archidiaconi et domini Regis cancelarii, scripsi et signavi.

LXXXIX

Decreto de Alfonso IX acerca de los «iuniores» de cabeza y de heredad.

1188-1230

López Ferreiro, *Fueros municipales de Santiago y de su tierra*, tomo I, pág. 227.

Istud mandat dominus Rex pro directo in sua terra: quod totus homo qui fuerit iunior de cabeza et voluerit venire morare ad suam villam, non recipiatur ibi. Et si fuerit iunior per hereditatem, partat cum domino suo, sicut fuerit forum de terra, et laxet hereditatem et veniat.

XC

Decreto de Alfonso IX fijando las prestaciones de los hombres de la tierra de Santiago á los nobles que tuvieran prestimonios.

1188-1230

López Ferreiro, *Fueros municipales de Santiago y de su tierra*, tomo I, pág. 153.

Adefonsus Dei gratia Legionis rex totis de terra Archiepiscopi, salutem et gratiam. Sapiatis etc... Militibus vero prestimoniariis, pro procuratione, dent semel in anno de cada casa unam taleygam de tritico pro fogacia et aliam de cevada et VIII denarios et unam gallinam;

et ubi triticum non habetur, dent ei unam taleygam de centeno pro fugacia; et sit taleyga de LX punnis. Pauperes vero, qui nichil habent, vel multum pauperes, non dent in istis procurationibus. Et pro istis procurationibus, tenentur facere iustitiam et vetare malefactorias. Posui et mando, quod nullus pignoret benefactoriam pro debito vel inimicitia domini benefactorie, nisi ipse beneficiatus fuerit lancearius. Datum in Sancto Iacobo XX die ianuarii.

XCI

Privilegio de Alfonso IX al Monasterio de Santa Maria de Oya, prohibiendo á los nobles tener vasallos en los territorios inmunes del Monasterio, sin permiso del Abad.

1188-1230

Galicia Histórica, tomo I, ap. XCI, pág. 408.

Adefonsus Dei gratia Legionis rex totis qui viderint litteras istas, salutem et gratiam. Sapiatis, quod ego defendo firmiter et incauto, quod nullus militum habeat vassallos infra cautos monasterii de Oya sine voluntate abbatis. Et qui inde aliud fecerit, iram meam habebit et michi centum morabetinos pectabit. Datum in Monteforti XVII die octobris.

XCII

Fueros concedidos por el maestre de Calatrava, Martin Rodriguez, á los pobladores de Miguelturra.

1230.

Colección manuscrita de escrituras y privilegios de la Orden de Calatrava (siglo XVIII), tomo II, fol. 147. Archivo Histórico Nacional.

Conosçuda cossa sea a todos los omes que esta carta vieren agora e que son por venir, como yo don Martin Rodrigues maestre de Calatrava en uno con el convento e con el comendador don Fernando Ordoñez e con don frey Rodrigo, clavero, e con don frey Pedro, sacris-

tan, damos a poblacion la nuestra aldea e lugar de Miguel Turra con sus terminos del dicho lugar, que son estos: del un cabo parte con el Pozuelo del camino por cima de la cabeça de suso Obieco por el camino que sale del dicho Pozuelo e parte con Carrion por el encinar suyo, que es defessa de Carrion, por el camino que va a la Membriella e parte con Calatrava la Viexa, segun sale el camino de Carrion e va a Calatrava la Viexa e toma por cima de la sierra e sale a la atalaya de Abencales, los vertientes contra el dicho lugar de Miguel Turra, e del dicho cabo parte con el Pozuelo de Don Gil e sale de la Cabeza de Menga Jimeno e como desciende al camino que va del Pozuelo á Cifiruela. E otorgamosle sus fueros, esto es a saber:

1. Damos alcaldes que juzguen fasta un meravedi, e de un maravedi adelante, que se alçen a su Comendador, e quien se non pagare del juicio de su Comendador, que se alçe a fuero de Calatrava la Viexa, e quien se non pagare del juicio de Calatrava, que se alçe al Maestre o al que fuere en su lugar, e alli fine el pleyto. E los alcaldes que sean todavia de Miguel Turra.

2. E damosles heredades a los vecinos que son en Miguel Turra para vender e para empeñar a ellos e a sus fixos e a sus nietos e a toda su generacion; pero que nenguno no aya poder de vender a otro home nenguno, ni a orden ni a caballero ni a dueña ni a clerigo, si non a ome que fiçiere el fuero y vecindad que ellos façen e moraren en el dicho lugar.

3. E de quanta crianza criaren, que non den portazgo en lugar que sea de la Orden de Calatrava.

4. E este es el servicio que an de facer los de Miguel Turra a la Orden de Calatrava: todo qual vecino que obiere un yugo de bueyes, que peche un marabedi cada año, e quien ubiere un yugo de acemilas, que peche un maravedi cada año, e quien obiere yugo de bueyes e de acemilas, e[obi]ere quarenta maravedis en valia, peche un maravedi cada año, e quien obiere treynta maravedis, peche dies sueldos, e quien obiere veynte maravedis, que peche dies sueldos, e dende ayuso non peche, e de un yugo de bueyes e de acemilas, non peche mas de un maravedi, e de quarenta maravedis arriba, non peche mas de un maravedi. E que ayan a dar un yantar al maestre de Calatrava. E todo cavallero que tobiere cavallo de veynte maravedis arriba, non peche.

5. E la Orden a de aver en el logar el cabo del vino e el forno e la

carneçeria e la tienda de la farina e todo su... e todo su alguacilazgo e todas sus caloñas e todos sus derechos que a de aver.

6. El cavallero de Miguel Turra a de poner dos aranzadas de viña e el peon una aranzada. E todo cavallero o peon que fasta un año no lo tubiere puesto, que pierda la heredad, e el Comendador de la posesion dello con consexo de los hombres buenos del lugar.

7. Que ponga sus alcaldes e su alguacil quales el quissiere.

8. E an de ir en hueste e en [apel]ydo con el Maestre o con el Comendador.

Esta carta fue fecha en presencia destos ommes que esta vieron e oyeron e confirmaron por siempre. Maestre, don Martin Rodrigues; comendador, don Fernando Ordoñes; clavero, don Frey Rodrigo e sacristan, don Frey Pero; e esta carta fue confirmada por todo el convento de Calatrava, anno encarnatione Domini millessimo ducentessimo trigessimo. Qui esto quisiere quebrantar, que sea maldito de Dios e de Santa Maria, amen.

XCIII

Fuero otorgado por Alvaro González á los habitantes de Pignero.

1232, Octubre 15.

Cartulario del Monasterio de Villanueva de Lorenzana (S. XIII-XIV) fol. 58 r.° y v.°. Archivo Histórico Nacional.

In nomine Domini, amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod ego don Alvaro Gonzalviz facio preyto con os homees de Pignero por min e por mio linage qual foro eu pono cum eles que seia estavil por iamays:

1. Han a seer meus vassallos, e amme a dar X soldos de fossadeyra cada sancto Martino, e ame a dar VIII fugazas pe ela media talega de Burgo e IIII taegas de çevada pe la taega do Burgo e I porco de VIII soldos, e de quantos fogos ouver na villa, sinnas galeinas.

2. E a io y a meter II alcaldes da villa a meu plazer e a seu deles porque aya eu esta mina dereytura, que aqui nomearey, e eles dar ma por eles e cada ano meteren II homes bonos da villa cum estes alcaldes e sacaren dos homees bonos pra tee en justiçia na villa e pra dame

a min este meu dereyto que inde hey a aver, mias indiçias e aleyvosias rouso, voz, indizia.

3. Nuptio, a a dar el melior aver que ouver, e de maniadigo, ome de sete annos da susu, darme V soldos e seer quanto lexar o que ouver a seu linaje mays provinco que more na vila.

4. E se ouver filiodalgo in na vila, fazelo cavaleyro, e se non, dalo a quen no faça.

Facta carta sub era MCCLXX e XI dies idus octobris regnante rege domno Fernando in Legione et in Castella et Toleto et Gallecia. Domno Roderico Gomez tenente Montenigro et Ripam Euve; domno Martino episcopo in sede Mindonense; meyrino ex parte Regis in Gallecia, domno Sancio Pelagii; meyrino in Mindonedo, Martin Pelagii. E se algun de meu linage contra este facto seer, sega maldito de Deus e escumugado e pecte al Rey C marabitinos. Qui presentes fuerunt: domno Pelagio Fernandi de Cavarcos; Fernan Dias testis; Garcia Suariz testis; Petrus Iohannis notuit.

XCIV

Fuero concedido por el comendador de la Orden de San Juan en Consuegra, Ruy Pérez, á los pobladores de Madridejos.

1238, Enero 1.

Manuscrito E, *núm. 127*, fol. 161. Academia de la Historia.

In Dei nomine amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego frater Rui Perez, commendador de Consuegra, en uno con todo el Convento e por mandamiento del prior don Fernant Ruiz prior de Castilla e de Leon, a vos el concexo de Madridexos:

1. Facemos vos carta de nuestra heredat, que la partades a cinquenta pobladores, e otorgamos vos huertos para setenta e quatro pobladores, e otorgamos vos que ayades el fuero de Consuegra.

2. E todo poblador que en Madridexos labrare con bueyes o con bestias, peche a la Orden por el Sant Miguel medio maravedi; el que non labrare con bueyes ni con bestias, peche una quarta, e de el que pechare el medio maravedi el que labrare con bueyes o con bestias: e si labrare con dos yugos, si los obiere, non peche mas del medio

maravedi; e todo poblador que en Madridexos obiere poblar, que non peche fasta tres años de la hera de esta carta.

3. E la Orden que haya la iglesia e el forno de la Poya, e cuega de treinta panes el uno. E el que quisiere, faga forno en su casa, mas non lo preste a otro, e si cocieren e se lo probaren, peche un maravedi e derribenle el forno.

4. E ninguno no haia poder de vender heredat ninguna fasta que peche por ella, fueras huerto cerrado e casa.

5. E desque pechare por la heredat, venda e faga de ella como quien face de lo suio mismo, e haialo para fijo e para nieto, para dar e para empeñar e facer de ello lo que quisiere, mas a tal home lo de o lo empeñe que sea vasallo de la Orden.

6. E todo poblador de Madridexos que tobiere cavallo, que valga veinte maravedis, o tenga en la villa de Consuegra casa poblada, que non peche el medio maravedi de coto.

7. E damosvos, que ayades por termino alli como va el rio de Consuegra para Camuñas fasta allegar a la carrera que va de Madridexos a Camuñas, e como atraviesa de ay a la Cañada que viene de la Caveza Perdiguera, lo que es contra la sierra, de los pobladores, e lo al de la Orden; e de la Caminuela como ba lo mas derecho que puede a la encina que esta en la carrera de Tirez, que dicen Rosadas Ricas, e como traviesa la carrera que va para Tirez por el Villarejo Toboso, e lo que es contra la Cabeza del Conde es de Madridexos e de si parte con Consuegra [e de la carrera ay de Camuñas e como l[in]da arriba fasta el Villar... Cabeza del Conde es de [Ma]dridexos.

Facta carta primo die ianuarii apud Madridexos, hera 1276. año ab incarnatione Domini 1238. Firmamos: Pero Martin, socomendador; Per Albarez; Ferrant Ferrandez; frater Gotie Gotierrez; frater Furtun Sanchez, comendador Dalcazar; Ferrant Pelaez, comendador de Tirez; frater Ximeno, comendador de Madridexos. De seglares, Pedro Estebania, el juez; don Isidro, alcalde; Martin Pariente, alcalde, e andador Domingo Perez. Jurados: Domingo Joanes de Fuentes Dueña e Diego Velasco. Escribano, Pero Velazquez, que escripsit hanc cartam.

XCV

Arrendamiento hecho por el Concejo de Nora á Nora al de Oviedo de los fueros á que estaba obligado respecto de éste.

1243, Julio 1.

Vigil, *Colección histórica-diplomática del Ayuntamiento de Oviedo,* Oviedo, 1889, págs. 38-39.

In nomine Domini, amen. Sabant todos per esti escripto, que nos concello de Nora a Nora arrendamos de vos concello de Oviedo e los fueros que vos devemos a facer a los quales el rey don Fernando iulgo entre nos et vos, sengondo conmo see ennas cartas seelladas que el dio a nos et a vos, convien a saber:

1. Los fueros, quales son fosaderas et enforciones, nucios et manerias, vodas et ientares et los morabetinos de los suelos de los vecinos antiguos et los sesaenta soldos de la Monteria de Lampaya et otros fueros, si vos los facer devemos. Por aquestos fueros sobre dichos, obligamosnos et debemos dar a vos concello de Oviedo ducientos maravedis cada un anno a la fiesta de Sant Martino.

2. Otrasi otorgamos, que si por aventura costa venier a vos concello de Oviedo, a desforo ho pora mantener foro ho pedido del Rey, de dar a vos el tercio dello, et quanto hi per aventura acaesciesent estas costas a desforo, ho para mantener foro ho pedido del Rey, devedes vos concello de Oviedo demandar por los juices de Nora a Nora et por de los honmes bonos de la tierra et mostrarllolo.

3. Sobre todo esto, deve andar vuestro merino del concello de Oviedo en na tierra, que lieve todos los derechos del concejo, convien a saver: e los mortuorios et el collero de Villarmil con todas suas pertenencias et las venfetrias de Latores et de Villarmil.

4. Et las indicias que acaecieren en na tierra, et todos quantos derechos levo el vuestro merino que andava en na tierra desde la donacion a aca et levar devia, asi los deve levar daqui adelantre.

5. Et si el vuestro merino del concello per ventura dalgunas cosas no feciesen sen derecho, debemos mostrarlo a vos primeramentre et tomar por vos derecho, et si lo por vos non podiesemos haver, devemoslo mostrar al Rey.

6. Et nos concello de Oviedo, por todas estas cosas que son postas a placer de nos et de vos, otorgamosvos, que hayades el fuero e los moradores que morarden en na tierra de Nora a Nora conmo nos havemos en na villa de Oviedo; et dicemos, que todo honme que venga a morar entre nos, dientro la alfoz de Nora a Nora, debe facer el foro a vos et seer vuestro vecino, et si lo non quisier facer, non sea vecino et fagavos el foro que devia facer a nos.

7. Et los moradores que moraren en na tierra de Nora a Nora non deven aver otro sennor foras el Rey et el concello.

8. Et si per aventura el concello de Oviedo for en hueste ho en fosado ho en apellido, el concello de Nora a Nora deve ir con concello de Oviedo et a guardar sua signa.

9. Hie quantas cosas levaron e los merinos del concello de Oviedo del concello de Nora a Nora atal dia que esta carta foe fecha, todo lo quitamos nos concello de Nora a Nora; hie otrasi quantas cosas yacian en na tierra de Nora a Nora que devia aver el concello de Oviedo atal dia questa carta foe fecha, todo lo quitamos nos concello de Oviedo, foras ende eredat.

10. Hie qual de las partes quier que contra esto quisies pasar tambien nos concello de Oviedo conmo nos concello de Nora a Nora, eche a la otra parte quinentos maravedis e los medios al Rey et los medios a la otra parte, et esti pleito et esta carta ficar firme et estable por siempre.

11. Esti pleyto otorgamos nos concello de Oviedo mantener pora todo tienpo a vos concello de Nora a Nora, conmo amigos et a vecinos, hie nos concello de Nora a Nora otrasi otorgamos a vos concello de Oviedo de complir todas estas cosas ansi conmo sient escriptas en esta carta, salvos los privilegios que nos concello de Oviedo havemos del rey don Alfonso et del rey don Fernando et salvo el privilegio que nos concello de Nora a Nora tenemos del rey don Fernando.

Facta carta calendas iulias, era millesima ducentessima octogesima prima. Qui presentes fuerun: don Pedro Pelaiz, tesorero de San Salvador; don Pedro Vidal, canonigo; Domingo Caro, canonigo; Pedro Alvariz, canonigo; don Johan Bartholomé, canonigo; don Joan Estevaniz, canonigo; Arias Ihoanniz, canonigo; Roy Lozano, clerigo del coro; Martin Guion, clerigo; Martin Perez de la Vinna, preste; Johan Martinez Nariz, clerigo; Johan Periz de la Canoniga, clerigo; Don Pedro Pelaiz, capellan de Santianes; Roy Gonzalez, monge de San Vicintii; Alfonso Fernandez, monge; don Pasqual, monge; Pedrianes, monge; P. Rodriguiz, monge; Fernan Pelaiz, monge; Martin Iohaniz, preste; Diego Corvo, clerigo. Et por tal questo non sea en dolda, rogamos ambas las partes a don Rodrigo Diaz, electo de Oviedo et al cavildo de Sant Salvador et a don Garcia Rodriguiz, merino maior del Rey, que metiesen soos seellos en esta carta. Et nos concello de Oviedo metiemos hy el nuestro; et el electo ya decho et el cavildo de Sant Salvador quexosose por que non llos lexavamos que los honmes del Rey que moran en na tierra de Nora a Nora que fosen sos vasallos et non quisieron meter sos seellos en esta carta.

XCVI

Fuero dado por Juan II, obispo de Mondoñedo á los pobladores del monte de Rua, con el deán y cabildo de esta iglesia, y por Rodrigo Gómez y Mayor Alfonso, en su nombre y en el del Monasterio de Villanueva de Lorenzana.

1250, Febrero 13.

Documento particular del Monasterio de Villanueva de Lorenzana, núm. 18. Original. Archivo Histórico Nacional.

Noverint [universi ad quos] presens pagina pervenerit, quod nos Iohannes secundus divina miseratione episcopus Minduniensis, de voluntate et assensu decani et capituli Ecclesie nostre nomine nostro et [Ecclesie] nostre, et nos don Rodricus Gomecii et donna Maior Alfonsi pro nobis et per voce nostra et pro Monasterio de Villanova de Laurenciana, [popula]amus per medium montem de Rua, tali modo, scilicet:

1. Quod sint ducenti et quinquaginta populatores, et quislibet populator dabit nobis episcopo et successoribus nostris et nobis donno Roderico Gomez in tota vita nostra et post mortem nostram abatti et conventui Monasterii supradicti, quatuor solidos usualis monete in festo Sancti Martini et duos solidos per vita et per cevata et per colecta.

2. Et de rauso et de omicidio et de furto et de aleyvosia, dabunt nobis episcopo et successoribus nostris tertiam partem, et aliam tertiam nobis donno Roderico et voci nostre, et aliam tertiam habebunt concilium et alcaldes. Omnes alie voces dividantur secundum forum

de Benavento, et nos episcopus et donnus Rodericus et successores nostri habebimus terciam partem et concilium terciam et alcaldes aliam terciam; et huius voces tratentur secundum forum de Benavento.

3 Omnes vero alii redditus ipsius loci et colleta, inter nos episcopum et successores nostros et nos domnum Rodericum et vocem nostram per medium dividantur; et per hoc er[unt] quiti et liberi de tota alia fazendeyra et de toto foro in ipso loco, tam ipsi quam omnes alii quos receperint secum in suis placiis.

4. Et nos episcopus et successores nostri debemus habere duas partes redditus vel tributi et iuris patronatus ecclesie vel ecclesiarum, quam vel quas ibi edificavimus; et nos domnus Rodericus in vita nostra, et post mortem nostram abbas et conventus supradicti monasterii, aliam terciam.

5. Et ecclesiam habebit duas plazas et quislibet populator habebit unam plazam cum suam portionem hereditatis. Et nos episcopus pro nobis et pro ecclesia nostra et nos domnus Rodericus pro nobis et pro voce nostra et pro monasterio supradicto, retinemus nobis quatuor plazas per medium dividendas pro labore nostro et pro palacis nostris.

6. Et nos episcopus volumus et concedimus totis hominibus de tota terra nostra et de nostro caritello et nos domnus Rodericus hominibus de Villanova et de valle de Laurenciana, quod libere et sine movicio veniant populare in dicto monte, dunmodo dimitant sua casalia populata; et nos et successores nostri debemus omni tempore dictam populationem defendere et amparare in terris nostris et alibi ubicumque potuerimus. Et si forte, quod absit, inter nos vel successores nostros orta fuerit aliqua contencione vel discordia, non debemus propter hoc facto aliquod malum in illa populatione sed semper manutenere et defendere illam.

7. Concilium vero debet in quolibet anno kalendis ian[ua]rii presentare nobis vel mandato nostro decem homines de ipso concilio, de quibus eligemus duos iudices et duos alcaldes, qui faciant iusticiam[in] ipsa populacione.

Et si nos vel aliquis de voce nostra contra hoc factum venerit, pectet alteri parti mille morabitinos et reputetur iniuriosus; et super hoc, nos Episcopus pro nobis et pro Ecclesia nostra et nos domnus Rodericus pro nobis et pro voce nostra et pro Monasterio supradicto, damus et concedimus dictis populatoribus monte de Rua cum totis suis pertinenciis et directuris. Insuper damus et concedimus, ut si aliquis homo

de ista populacione voluerit adinamare, inquiredere vel piscare vel de suo havere mittere, sine ullo inpedimento quidquid voluerit facere faciat, et aperuimus terram, ut nec per nos nec per alios homines sedeant impediti eumdi et redeundi. In cuius rei testimonium, presentem cartam sigillorum nostrorum munimine facimus roborari. Actum sub era MCCLXXXVIII. Datum apud Villamnovam quot idus februarii.

XCVII

El obispo de Lugo, Martin, y el Cabildo de esta Iglesia conceden á Pedro Arias de Parrega, caballero, la fortaleza de Servian, para custodiarla y defenderla, mientras viviera.

1251. Septiembre 24.

Colección de diplomas de la Iglesia de Lugo, lib. VII, núm. 163. Original en pergamino. Archivo Histórico Nacional.

Sub era MCCLXXXIX et quot VIII kalendas octobris. Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod dominus M. episcopus Lucensis et eiusdem capitulum dant et concedunt domino Petro Arie de Parrega turrem de Sirvian, que est in cauto Lucensi, cum suo cauto et caritello et hereditate et omnibus aliis pertinentiis et directuris suis in filigrigia Sancte Marie de Sirvian, in tota vita ipsius militis, nomine Lucensis Ecclessie, et pro ea tenendam et possidendam in pace; de qua turre idem miles debet et promittit in tota vita sua fideliter guerram et pacem facere pro Lucensi Ecclessia et pro episcopo qui pro tempore fuerit in eadem; et debet talem vel tales homines tenere et habere in eadem turre qui prius faciant homagium, quod in morte et post mortem eius, ipsam turrem libere et sine aliqua contraditione Ecclessie Lucensi restituant cum omni populatione et omnibus rebus aliis que ad eius obitum ibi erunt. Promittit etiam eam bene populatam tenere et omnia inmobilia que ibi quocumque casu lucratus fuerit nomini Lucensis Ecclessie eam lucrari et tenere. Et sciendum, quod Ecclessia Lucensis, sibi dominium retinens, statim conditionibus appositis supradictis possessionem eiusdem turris sibi dant et concedunt; eo vero defuncto, ipsius turris possessio debet ad Lucensem devolvi Ecclessiam possidenda in pace. Sciendum preterea, quod dictus Petrus Arie una cum Urraca Petri uxore sua conferunt et offerunt Ecclessie Lucensi et

prenominatis Episcopo et capitulo totam hereditatem suam quam habent ecclesiasticam et laicalem in ecclessiis et totis filigrigiis de Sancto Vincentio de Pras et de Sancto Iohanne de Tidimor; et dominus Arias Petri pater eius una cum domina Maria Ruderici uxore sua offerunt et concedunt eidem Lucensi Ecclessie unam servicialiam quam habent in Abrancos in filigrigia de Sancto Cipriano prope villam de Milide; et tam isti quam illi statim in Lucensem Ecclessiam dominium et possessionem omnium transferunt predictorum. Et si forte idem Petrus Arie ordinem intraverit, statim debet ipsam turrim deliberare Lucensi Ecclessie. Debet etiam episcopus, qui pro tempore fuerit, ibi ius reddere et iusticiam exercere, et idem miles debet semper pro posse suo Lucensem Ecclessiam defendere et ei obedire; et presentem inde cartam per alphabetum divisam inter se roborant et confirmant. Qui presentes fuerunt: frater Iohannis archidiaconus testis. Nuno Iohannis miles frater eius testis; R. Ferdinandi archidiaconus testis; G. Ruderici archidiaconus testis; S... Petri iudex testis; Alvarus Petri miles testis; Fernandus Pelagii notarius Lucensis notuit.

XCVIII

Convenio celebrado por el maestre de la Orden de Alcántara, Per Ibáñez, y el Convento de la Orden con el Concejo y pueblo de Salvaleón sobre prestaciones, servicios y cargos concejiles.

1253, Octubre 16.

Bullarium Ordinis militiae de Alcantara. Madrid 1759, pág. 68.

In Dei nomine, amen. Conocida cosa sea a todos los homes que esta carta vieren, como nos don Per Ibañez, maestre de Alcantara, con conseyo de nuestro Convento, facemos tal pleyto con el Conceyo e con el pueblo de Salvaleon e de so termino a placer de ellos e de nos:

1. Que todo home que morare en Salvaleon et en so termino et oviere valia de veinte maravedis en mueble o en raiz, que nos de por la fiesta de San Martin cada año en fuero un maravedi et en yantar un sueldo. Et otrosi, el que oviere valia de diez maravedis, que nos de medio maravedi et en yantar seis dineros; et por este fuero sobredicho que nos dan, sean escusados de hueste et de pedido et de martiniega et de las calonnas que pertenecen a los alcaldes.

